THEOLOGIÆ
ETHICO-THOMISTICÆ
EPITOMA GROSSI.

THEOLOGIÆ ETHICO-THOMISTICÆ EPITOMA

Ex Opere Magno

P. PHILIPPI MARIÆ GROSSI

Ordinis Prædicatorum

Ad commodiorem Confessariorum vsum per Casus concinnata.

TOMVS PRIMVS.

ADDITIS

Quibusdam Operis Magni Mendis,

Propositionibus proscriptis à Sancta Sede cum additionibus ex D. Thoma;

Necnon

Indice Copiosissimo mille, & amplius casuum tam in Opere Magno, quam in hoc Paruo contentorum.



VENETIIS, M. DCC.

Typis Dominici Lovisæ.

Superiorum Permissu, & Privilegio.



REVERENDISSIMO PATRI,
Quem
Felsina studiorum parens feliciter genuit,
Feliciùsque
Dominicana Religio excepit
Propagatura, prouectura.
SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRO
Ex
Philosophicis, Metaphisicis,
Necnon
Theologicis Cathedris dilapso;
Longobardicæ Prouinciæ Magistris
Tot studiorum, doctrinarumque plausibus
Iure merito adscripto;
Sapientiæ
Vicentinæ, Bononiensi, Fauentinæ, Vicecomensi,
Iterum, iterumque Bononiensi
Vrbibus admirando,
Toti Orbi spectando;
THOMÆ
Instar Aquinatici Doctoris
Doctrinæ admirabilis Abysso,
Veluti Soli fulgido;
MARIÆ
Deuotione addictissimo,
LILIORVM puritate charissimo,
Amantissimo,
Tamquam filio prædilecto;
BOSIO
Ad vineam Dei excolendam
BOVI alteri
A Cœlo
Vocato, præordinato, directo.
Hinc
Mantuæ, Placentiæ, ac Ianuæ
* 3 Con-

Contrà Hæreticam prauitatem
Inquisitori
A Sancta Apostolica Sede
Deputato,
Strenuè decertanti
Tandem Coronando
In Alma Vrbe
Eiusdem Sanctissimæ Inquisitionis
GENERALI COMISSARIO
ARBORI bonæ
Optimis fructibus onustæ
Meritis, Virtutibus, Honoribus
Cumulato
Tanquam suo Patrono, ac Protectori Vnico
Opusculum hocce
Fr. Philippus Maria Grossi eiusdem Ordinis
Humilimè D. D. D.

NOS

NOS FR. ANTONINVS CLOCHE
Sacræ Theologiæ Professor Ordinis Fratrum
Prædicatorum Humilis Magister
Generalis, & Servus
Salutem.

HArum seriæ, & officij Nostri Authoritate licentiam facimus Ad. R. P. Fr. Philippo Mariæ Grossi Ordinis Fratrum Prædicatorum Provinciæ nostræ. Vsque Lombardiæ Typis edendi opus ab ipso compositum, cui Titulus est *Theologia Ethico-Thomistica Epitoma ex Magno Opera &c.* Dummodò priùs à R. Ad. P. in Sacra Theologia Magistris: Io: Benedicto Perazzo, & Thomæ Rodolfi Conuentus nostri SS. Ioannis, & Pauli Venetiarum reuisum, ac approbatum fuerit, ac seruatis cæteris de Iure seruandis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritu Sancti. Amen. In quorum fidem his Sigillo nostro munitis propria manu subscripsimus. Datum Romæ in Conuentu nostro Sanctæ Mariæ super Mineruam die 23. Martii 1700.

Fr. Antoninus Cloche.

Magister Ordin.

Loco † Sigilli.

Reg. fogl. 89.

Fr. Ioseph M. Broz ct
Mag. & Soc.

Man-

MAndante Reuerendiſs. P. Mag. Gener. Ord. Præd. vidimus Nos infraſcripti Patres Opuſculum, cui titulus: *Theologia Ethico-Thomiſtica Epitome ac Praxis*, Authore R. A. P. Sac. Theol. Profeſſore Fr. Philippo Maria Groſſi: quod quidem, deliciarum veluti hortum, mente iucundiſſima percurrentes, nonniſi ſapidos, ac ſaluberrimos, multiplices legimus fructus, potiſſimum quos *de ligno ſcientiæ boni, & mali* Thomiſtico collectos delibauimus. Ex quo, cum ſpinis errorum, ac tribulis vndecumque ſit experſi, vnicuique ad ſolamen animi, animæque profectum huc pateat ingreſſus, iuſtum eſt: doctiſſimum proinde ſcriptum, typis omninò dignum pro veritate cenſemus.

Dat. Venetiis ex Conu. SS. Io: & Pauli die 23. April. 1700.

Ita eſt Fr. Io: Benedictus Perazzo S. T. M. Ven.
Ita eſt Fr. Thomas Rodulfius S. T. M. Ven.

NOI

NOI REFORMATORI
Dello Studio di Padova.

HAuendo veduto per la Fede di reuisione, & approbatione del P. Fr. Raimondo Asperti Inquisitore nel Libro intitolato: *Theologia Ethico-Thomisticæ Patris Grossi Ord. Prædicatorum* non esserui cos alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per attestato del Segretario Nostro niente contro Prencipi, & buoni costumi, concedemo licenza, che possi essere stampato, osseruando gl'ordini in materia di stampe, & presentando le solite copie nelle publiche Librarie di Venezia, e di Pdoua.

Data li 4. Maggio 1700.

(Aluise da Mosto Proc. Reffor.

(Ferigo Marcello Proc. Reffor.

(Girolamo Venier Kau. Proc. Reff.

Agostino Gadaldini Segr.

REVE-



AD LECTOREM.

EN opus Magnum in paruo, seu potiùs parvum ex opere Magno.

Grande opus exegi, quod neque Iouis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas;
Parte quidem meliore mei super alta Perennis
Astra ferrar, nomenque erit indelebile nostrum.

Parvum ergò hoc opus Medulla est Magni. Clarum, quia casibus, veluti exemplis illustratum. Sincerum, quia Canonicis dogmatibus vniforme. Tutum, quia licet vnico Doctori, tamen omnium Maximo, fretum. Sed cui Doctori.

Diuo

Diuo

THOMÆ AQVINATI

Singulari Sanctæ Romanæ Ecclesiæ,
Ordinisque Prædicatorum ornamento:
Aquæ Sapientiæ
Abysso profundissimæ, *(preti*
a *Diuinæ voluntatis Angelico inter-* a Clem. VIII.
Paradisi Cherub, *(sus est*
Ecclesiæ videlicet, quæ *hortus conclu-*
Custodi fidelissimo:
Aureo calamo, quasi *gladio versatili*
Ad arcendos hæreticos obarmato.
Cuius (citer elidit.
b *Scriptorum clypeus eorum tela feli-* b Paulus V.
Euangelico Salomoni *(dato*
Quin, & c *plusquam Salamon comẽ-* c Inn. V I
Quod Sapientiam castimoniæ
Associarit perpetuæ.
Quippè qui
Adeò verẽ, adeò benè, adeò clarẽ
Mundum edocuit
Quod d *Singulari ordine, ac Mira perspicuitate* d Clem. VIII.
Sinè vllo prorsùs errore
Conscripsit.
Cuius doctrina
e *Habet prè cæteris, excepta canonica, proprietatem verborum,* e Inn. V I
Modum dicendorum, veritatem sententiarum;
Proindè
f *Certissima Christianę doctrinę regula* f B. Pius V.
g *Cuius vi, & veritate*
Multæ, quæ deinceps exortæ sunt hæreses g Idem.
Confusæ, & conuictæ

Dissi-

Dissipatæ sunt.

Adeò consona fidei dogmatibus,

h Innoc. VI. h *Vt numquam, qui eam tenuit, inveniatur*

A veritatis tramite deuiasse:

Et qui eã impugnauerit, sẽper fuerit

De veritate suspectus.

Quam nempè

Æterna Sapientiæ

Nõ semel ex cathedra Crucis approbavit:

Cui solus Deus Optimus Maximus

Condigna extitit merces, & præmium.

DOCTORI

Sanctissimo nõ minùs, quã sapientissimo

Magistrorum omnium Magistro:

Quem

Catholica exposuit Ecclesia

i Academia Paris. i *Lucidissimum candelabrum, vndè omnes fideles*

Sanctæ vitæ, & Sanctæ Doctrinæ lumen accipiant.

Mysticum immo SOLEM

Veneratur, suspicit, admiratur:

Cuius radiis

Omnes errorum tenebræ disijciuntur.

Tutè ergò illi te ipsum committe. Suge suaviter. Sincerè pertracta. Sicque Mores tuos ad Trutinam virtutis accomodabis. Vale.

Prò

PRO

Ethico-Thomistica Doctrina, quam modò non tam peritè, quam piè in lucem feliciter dat

R. A. P.

Sac. Theolog. Professor, & Concionator eximius

PATER PHILIPPVS MARIA GROSSI

ANAGRAMA

Sola mutata P in C

ETHICAM PARIS: PRIOR PLVS AGIS.

DISTICON.

MEnte genis, scriptoque PARIS, quam plausibus Orbi,
Verbo; exemplo ETHICAM PLVS AGIS ipse PRIOR.

Exiguum deuotionis musculum
F. Io: Benedictus Perazzo
Venetus eiusdem Ord.

Opere

Opere pro eodem in lucem edito

PHILIPPVS MARIA GROSSI

ANAGRAMA

Sola mutata H in O

IPSI OPVS GLORIAM PARIS

DISTICON.

GRande ò Mentis OPVS! vel ſolum ſcilicet IPSI
Tu ſummam Authori GLORIAM in Orbe PARIS.

Ejuſdem.

AD

AD LECTOREM

Pro Ethico-Thomiſtico Theologico opere
Anthoris peritiſſimi

EPIGRAMMA.

PHILIPPVS interpretatur OS LAMPADIS.
Ex D. Tho. Io. cap. 12. lect. 4. lit. C.

AVrea ſi Mundi LAMPAS Sol fulget Aquinas,
LAMPADIS OS huius nēpe PHILIPPVS habet.
Mentibus humanis vbi *Thomas* lucis *Abyſſus*,
Cordibus humanis ingerit iſte iubar.
His radijs fœcunda virens ficulnea *Groſſos*
Maturos, Sapidos protulit ecce ſuos.
Deguſta ſi mente anceps; in gutture dulcis
Fructus erit, Lector, lux tibi grata, pie.
Ægris luminibus, non ſano, at forte palato
Deſipiunt fructus, luxque vel ipſa Nocet.

Eiuſdem Perazzo
Deuotionis ergo.

Adver-

Aduerte

Diligenter Paginas, numerosque sparsim per opus citatos. Scias hos, has esse operis Magni. Si enim opus vtrumque pre oculis habebis profectò prospicies, quomodò Liber Librum adaperire possit.

TRA-

TRACTATVS PRIMVS

De Actibus humanis.

Hic tractatus erit casibus forsan sterilior. Cum enim sit vniuersalis eius doctrina in omnibus Moralis Theologiæ tractatibus imbibitur. Nè ergò ijdem pluries frustrà repetantur à pluribus hic abstinebimus. Ieiunos tamen omninò non dimittam lectores, nè hærentes in vestibulo deficiant in via. Solum illos hic apponam, qui ad expositionem doctrinæ articulorum erunt necessarij. De hoc ergò lectorem admonere volui, ut possit in progressu vberiorem casuum Numerum expectare.

QVÆSTIO PRIMA.

De vltimo fine hominis in communi.

Correspondet q. p. D. Tho. in p. 2.

ARTICVLVS PRIMVS

Vtrum homini conueniat agere propter finem?

Resp. SIc semper; dummodò actiones sint propriè humanæ, idest à voluntate deliberata procedentes. Ità ex opere Auct. in hoc art. pag. 3. 4. 5.

Quandò homo agat propter finem.

Est etiam ad mentem D. Th. p. 2. q. p. art. 1.

Casus.

Casus De actione indifferẽti.

Antonius sibi fricat barbam, vel movet pedem &c.

Quæritur an operetur propter finem?

Resp. negativè; quia hujusmodi actiones non sunt propriè humanæ.

ARTICVLVS II.

Vtrum actus humani habeant speciem ex fine?

Actus humani habẽt spetiem ex fine.

Resp. SIc: quia finis est principium, & terminus eorum. pag. 6.

Est D. Tho. p. 2. q. 1. art. 3. ad lit.

Casus.

Casus De eleemos. data propter innanem gloriam.

Curtius dat eleemosynam propter innanem gloriam.

Quæritur quinam sit finis huius actionis?

Resp. Esse innanem gloriam: licet enim sit finis accidentalis, tamen specificat, quia principaliter movet.

ARTI-

ARTICVLVS III.

Vtrum sit aliquis ultimus finis humanæ vitæ?

Resp. SIc: quantumvis non omnes homines conveniant in eo, in quo ratio ultimi finis invenitur. pag. 7. 8.

Ratio ultimi finis non est eadem apud omnes.

Est etiam D. Tho. p. 2. q. 1. art. 4. & 7. ad lit.


Casus.

Tiberius Atheus miserrimè hanc vitam ducit.

Casus De Atheo, miserrimè vivente.

Quæritur in quo suum vltimum finem constituat?

Resp. in eo, quod est viuere: licet enim miserrimè viuat, adhuc tamen semper fugit mortem, & optat viuere, vndè &c.



QVÆSTIO II.

De hominis Beatitudine.
Continet q. 2. 3. 4. D. *Tho. in p.* 2.

ARTICVLVS I.

In quo hominis beatitudo consistat?

In nullo bono creato Beatitudo consistit.

Resp. IN nullo bono creato; sed solum in Deo, quia solum potest perfectè hominem satiare. pag. 10.

Est etiam D. Tho. p. 2. q. 2. per totam.

Casus.

Casus De eo, qui solum temporalibus intendit.

Valerius intentus mercaturæ; & rerum temporalium acquisitioni nihil cogitat de anima, aut sperat de vita æterna.

Quæritur an sit capax sacramentorum, & an inter hæreticos computandus.

Resp. negativè quoad primam partem nisi rescipiscat; affirmativè verò quo ad secundam si habeat errorem cum pertinacia.

ARTI-

ARTICVLVS II.

In quo hominis formalis beatitudo consistat?

Resp. QVantum ad essentiam in actu intellectus, nempè in visione: consequenter verò in voluntate, quatenùs ad ipsam spectat delectatio consequens beatitudinem. pag. 11.12. Est D.Th.p.2.q.3.a.4. ad lit. *Beatitudo formalis est essentialiter in intellectu.*

ARTICVLVS III.

De proprietatibus beatitudinis formalis, nec non de dotibus, seu aureolis, &c.

Resp. QVatuor sunt beatitudinis formalis proprietates: Amor, delectatio, impeccabilitas, & perpetuitas. *Formalis beatitudinis proprietates.*

Tres sunt dotes animæ beatæ: visio, tentio, & delectatio. *Dotes animæ, & corporis gloriosi:*

Quatuor sunt dotes corporis gloriosi: impassibilitas, subtilitas, agilitas, & claritas. pag. 13.14.

De his non ponuntur casus, quia in Morali non sunt practici.

QVÆSTIO III.

De Voluntario, & inuoluntario.

Correspondet q. 6. D. Th. in p. 2.

ARTICVLVS I.

Vtrum in actibus humanis voluntarium reperiatur.

Voluntarium est in actibus humanis.

Resp. SIc; secundum perfecta rationem. Secundum verò imperfectam reperitur etiam in Brutis. pag. 15.

Est D. Tho. p. 2. q. 6. a. 1. & 2. ad lit.

Casus I.

Casus De motu p. primo iræ.

Cneius maxima ira accensus, & ab ea obcœcatus in primo motu iniurias Euomit in franciscum. Quæritur, an eius actus sit peccaminosus.

Resp. negatiuè, eò quia eius actus non est humanus, & voluntarius.

Casus

Casus II.

Sempronius Venator Principis, videns aliquid inter frondes moueri facta debita diligentia nec discernens quid sit: putans occidere feram, occidit hominem.

Casus De homicidio inuoluntario.

Quæritur an peccet?

Resp. negatiuè, quia eius actio non est cum perfecta cognitione finis.

ARTICVLVS II.

De his, quæ inuoluntarium habent causare in actibus humanis.

Resp. DVo esse, quæ inuoluntarium causant ab extrinseco; Violentia, & metus: prima licet non detur in actibus elicitis à voluntate, datur tamen in actibus imperatis, & facit inuoluntarium directe: Secundus causat solum inuoluntarium secundum quid pag. 16: Est D. Tho. p. 2. q. 6. a. 4. 5. & 6.

Violentia, & metus causant inuoluntariũ ab extrinseco.

QVÆSTIO III.

De Voluntario, & inuoluntario.

Correspondet q. 6. D. Th. in p. 2.

ARTICVLVS I.

Vtrum in actibus humanis voluntarium reperiatur.

Voluntarium est in actibus humanis.

Resp. SIc; secundum perfecta rationem. Secundum verò imperfectam reperitur etiam in Brutis. pag. 15.

Est D. Tho. p. 2. q. 6. a. 1. & 2. ad lit.

Casus I.

Casus De motu primo iræ.

Cneius maxima ira accensus, & ab ea obcœcatus in primo motu iniurias Euomit in franciscum. Quæritur, an eius actus sit peccaminosus.

Resp. negatiuè, eò quia eius actus non est humanus, & voluntarius.

Casus

Casus II.

Sempronius Venator Principis, videns aliquid inter frondes moueri facta debita diligentia nec discernens quid sit: putans occidere feram, occidit hominem.

Casus De homicidio inuoluntario.

Quæritur an peccet?

Resp. negatiuè, quia eius actio non est cum perfecta cognitione finis.

ARTICVLVS II.

De his, quæ inuoluntarium habent causare in actibus humanis.

Resp. DVo esse, quæ inuoluntarium causant ab extrinseco; Violentia, & metus: prima licet non detur in actibus elicitis à voluntate, datur tamen in actibus imperatis, & facit inuoluntarium directe: Secundus causat solum inuoluntarium secundum quid pag. 16: Est D. Tho. p.2. q. 6. a. 4. 5. & 6.

Violentia, & metus causant inuoluntariũ ab extrinseco.

Casus I.

Casus De Virgine per vim corrupta

Berta per vim corrumpitur à Tarquinio:
Quæritur an ipsa peccet?

Resp. negatiuè; quia violentum, & voluntarium non possunt stare simul.

II.

Casus De seruo, qui ex timore domini furatur.

Barnabas iussu domini pæcuniam accipit à Mercatore; dùm redit domum pæcuniam amittit: timet, quod dominus propter hoc eum verberabit, & etiam occidet: ingressus Campsoris Teloneum furatur tot pæcunias, quot domino deferebat, ut se seruet indemnem.
Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; quia quæ sunt intrinsecè mala quocumque metu fiant semper sunt peccata.

III.

Casus De filio, qui non obsequitur matri

Lucas abstinet à visitatione; & obsequio Matri præstando propter timorem Patris, qui hoc illi prohibet verberum, ac mortis comminatione.
Queritur an peccet?

Resp.

Resp. negatiuè ; quia lex diuina non obligat tanto cum periculo.

ex Patris timore.

IV.

Casus De uxore, quæ ex timore viri non audit sacrum in die festo.

Emilia timens occidi à Marito maxima Zælotipia in ipsam ardente, ac propter hoc sub pæna mortis egressum è domo illi interdicente, abstinet ab auditione sacri diebus festis.

Quæritur an peccet.

Resp. Negatiuè quià lex Ecclesiastica non obligat tanto cum incomodo.

V.

Casus De eo, qui ex timore mortis cedit hæreditati.

Marcus malè tractatus à Parentibus mortem timens cedit hæreditati, & in regionem longinquam proficiscitur. Mortuis parentibus domum rediens hæreditatem quærit. Est ne illi danda?

Resp. affirmatiuè ; quià contractus ciuiles facti per metum cadentem in constantem virum sunt nulli, quando metus incutitur ab homine.

VI.

Casus Deeo, qui in mortis periculo vouet Deo.

Britius nau'gans cum periculo submersionis insurgente tempestate vouet Deo. Sedata tempestate quæritur an teneatur soluere votum.

Resp. affirmatiuè; quia metus incutitur à Deo, qui potestatem habet super voluntatem creaturarum.

ARTICVLVS III.

De causis ab intrinseco inuoluntarium facientibus.

Duæ sunt causæ inuoluntarii ab intrinseco concupiscẽtia, & ignorantia.

Resp. DVas posse esse causas inuoluntarij ab intrinseco, concupiscentiam, & ignorantiam: Prima non causat inuoluntariũ, sed magis voluntarium perficit. Secunda autẽ si se habet antecedenter ad actum voluntatis causat inuoluntarium simpliciter; dumodò sit inuincibilis: Si se habet consequenter ad actum, causat illud secundum quid: Si deniq; se habeat concomitanter ad actum nullo modo inuoluntarium causat. pag. 17. 18.

Est D. Tho. p. 2. q. 6. art. 7, & 8. ad lit.

Casus

Casus I.

Benedictus maximam carnis tentationem sustinens in pollutionem voluntariam incidit. Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè, quia concupiscentia potiùs perficit voluntarium, quam inuoluntarium causet.

Casus De eo qui, incidit in polutionem ex maxima carnis tentatione.

II.

Bernardus decreuit hostem suum occidere ubicumque inuenerit ipsum; vadens ad venationem proicit sagitam, & putans occidere feram, occidit inimicum.

Quæritur an peccet.

Resp. affirmatiuè; quià ignorantiam concomitans non causat inuoluntarium; & eò maximè si ex post facto gaudeat, uti probabile est gaudere stante proposito.

Casus De eo, qui casualiter occidit inimicum facta prius determinatione ubiq; eu occidendi.

III.

Cneius nesciens præcepta legis diuinæ non vult ea addiscere, ut liberius peccet: qua ignorantia stante contrà eadem præcepta plura facit.

Quæritur an peccet?

Casus De eo, qui non vult addiscere necessaria ad

salutem, ut liberius pec et.

Resp. affirmatiuè, quia ignorantia consequens non facit inuoluntarium simpliciter, sed solum secundū quid; & ideo non excusat à peccato cum enim ipsa sit voluntaria etiam id, quod ex ipsa sequitur voluntarium dicitur, & ad peccatum imputatur.


IV.

Casus De eo, qui non ieiunat in Vigilia Apostoli ex ignorantia inuincibili.

Lucia nesciens Apostolos v.g. habere Vigiliam; cum hoc non dixerit Parochus eam instruens in fide, in Vigiliis eorum non ieiunat.

Quæritur an peccet?

Resp. negatiuè, quia ignorantiam antecedens inuincibilis excusat peccato.



QVÆ-

QVÆSTIO IV.

De Voluntario libero.

Includit q.9.D.Th.in p.2.

ARTICVLVS I.

In quo libertatis eſſentia conſiſtat?

Reſp. QVod radicaliter remotè conſiſtit in eleuatione ſuprà Materiam; proxime verò in amplitudine tum cognitionis, tum iudicij tum appetitus, ſed formaliter conſiſtit in perfecto dominio, pag. 19.20. Eſt D. Tho. in 3.d.18. q.un.a.2.ad 2. & alibi &c, *Eſſentiæ libertatis.*

Videatur prop. Dam: ab Alex. VIII. num.3.

Caſus.

Federicus adhuc puerullus antè uſum rationis dormiens cum Curtio viro imiquiſſimo multas carnalitates committit; ad uſum rationis perueniens ipſis recordatur, & cognoſcens *Caſus Do puero, qui antè uſum ratio*

ſe

nis carnalitates committit alterius instigatione.

se malè fecisse, pœnitet, ac detestatur.

Quæritur, an vt peccata teneatur ea explicare in Confessione?

Resp. negatiuè, absolutè loquendo, quia tunc non habebat dominium, seu indifferentiam iudicii requisitam ad peccandum. Ad meliùs esse tamen potest hoc facere, quia sæpè sæpiùs malitia superat ætatem.

ARTICVLVS II.

An intellectus possit mouere voluntatem, & quomodo?

Quomodò intellectus, & voluntas moveantur ad invicem

Resp. MOuere voluntatem in genere causæ finalis; seu tamquam à præsentante ei suum obiectum: licet voluntas tamquam mouens subiectum ad agendum, moueat intellectum, necnon alias inferiores potentias. pag. 21. 22.

Est etiam D. Tho. p. 2. q. 9. art. 1. ad lit.

ARTICVLVS III.

Quomodò Deus moueat nostram voluntatem?

Resp. QVod licet voluntas moveat seipsam in ellectione mediorum ; tamen in volitione boni vt sic; sicuti etiam in volitione boni particularis mouetur à solo Deo tamquam à principio exteriori, & per modum causæ efficientis. pag. 23.


Quomodò Deus moueat nostrã voluntatẽ.

Est etiam D. Tho. p. 2. q. 9. art. 3. & 6.

Ex quibus.

Definiuntur actus humani, quod sint illi, qui proueniunt ex deliberata voluntate hominum, cum perfecta cognitione finis. Atque hæc de actibus humanis in communi.

Definitio actus humani.



QVÆ-

QVÆSTIO V.

De actibus humanis in particulari.

Continet quæst. D. Tho. ab 11. vsque ad 17. in p. 2.

ARTICVLVS I.

De fruitione.

Definito fruitionis. DEfinitur fruitio, quod sit perfecta delectatio de aliqua re.

Diuisio fruitionis. Diuiditur in perfectam, & imperfectam: prima importat quietem, delectationem, & gaudium, & est solius vltimi finis iam adepti. Secunda solam ingerit delectationem; & est vltimi finis solum habiti in spe, sicuti etiam cuiuscumque alterius rei, quæ in se delectationem includit. pag. 24.

Est D. Tho. p. 2. q. 11. per totam.

ARTICVLVS II.

De Intentione.

DEfinitur intentio, quod sit tendentia in obiectum. *Definitur intentio.*

Diuiditur in imperfectam, & perfectam: prima est absque cognitione finis; & omnibus rebus naturalibus conuenit. Secunda est cum cognitione finis; & sic est solius humanæ voluntatis præsupposita ordinatione rationis, & non solum est circà vltimum finem, sed etiam circà alia. *Diuiditur intentio.*

Differt à simplici volitione, & à fruitione per hoc, quod prima respicit finem, vt purè amabilem: secunda respicit finem jam habitum: Intentio autem respicit finem tamquam terminum per certa media consequendum. pag. 25. *Differentia inter intentionem volitionem, & fruitionem.*

Est etiam D. Tho. p. 2. q. 12. per totam.

ARTICVLVS III.

De Electione.

DEfinitur electio, quod sit appetitio deliberatiua eorum, quæ in nostra sunt potestate. *Definitur Electio,*

Non

Non est vltimi finis, sed solum eorum, quæ sunt ad finem.

Conuenit solis hominibus.

Conuenit solum hominibus; bruta enim non eligunt, sed naturalem ductum sequuntur, dum apprehendunt vnam rem esse magis conuenientem, quam aliam. pag.26.

Est D. Tho. p.2. q.13. per totam.

Ista non possunt per casus explicari.

ARTICVLVS IV.

De Consilio.

Definitur consilium.

DEfinitur Consilium, quod sit deliberatio, seu consultatio de mediis ad aliquem finem consequendum accomodatis. pag.27.

Est D. Tho. p.2. q.14. per totam.

Materia Consilii explicatur per sequentes casus.

Casus I.

Casus De Consiliario, qui Principi consulit vindictă privata auctoritate faciendam.

Pomponius Principis Consiliarius cognoscens naturam Domini ad vindictam propensi: audiens fuisse ab aliquo contemptum consulit privata auctoritate occidi eum iubere; quæritur an peccet, & quo peccato?

Resp. Pomponium vtique peccare, quia malum dat Consilium; & pecca-

to homicidii, quia malum consilium reducitur ad illam speciem peccati, quod consulitur. n. 3. 4.

II.

Dominicus sciens Petrum laborare ignorantia invincibili alicuius praecepti, putà de non se polluendo &c. & cognoscens se nihil profecturum, si admoneat ex habituatione in tali peccato, tacet.

Casus De eo, qui non admonet, quia cognoscit se non profuturum.

Quaeritur an sic tacendo pecet?

Resp. negativè; eo quia licet tali ignorantia laboranti non possit malum consulere, potest tamen tacere, quandò non speratur correctio n. 5.

III.

Curtius videns Sempronium firmum, & determinatum in occisione Cnei; Non valens ipsum à proposito dimovere, consulit, ut solum graviter eum verberare faciat.

Casus De eo, qui cõsulit minus malum ad vitandũ majus.

Quaeritur an Curtius sic consulendo peccet? Duplex sententia. secund. p.

Resp. affirmativè, quia non sunt consulenda mala, ut eveniant bona. iuxtà 2.

Resp. negativè, quia ad maius malum cavendum licet consulere minus: prima tutior; secunda probabilior.

Ca-

Casus IV.

Casus De eo, qui consulit minus malum alteri subiecto inferendum.

Petrus advertens Dominum dispositum ad occidendum Alexandrum, vt hoc malum impediat, suadet, vt Alexium famulum eius verberare faciat.

Quæritur an sic consulendo Petrus peccet?

Resp. affirmativè; quia non licet consulere minus malum, ad majus cavendum cum mutatione subjecti. n. 6. circà finem.

ARTICVLVS V.

De Consensu.

Definitur consensus.

DEfinitur Consensus, quod sit approbatio voluntatis circà media per rationem adinventa.

Non reperitur in brutis.

Non reperitur in Brutis, & est solum circà media.

Differt ab electione.

Differt tamen ab electione, non solum quia hæc semper est priùs illo; sed etiam quia dum sunt plura media consensus approbat omnia, electio verò vnum eligit prè alio.

Dividitur consensus.

Duplex est; perfectus, & imperfectus; primus constituitur per apetitum rationalem; secundus verò per appetitum sensitivum. pag. 28.

Est etiam D. Tho. p. 2. quæst. 15. per totam.

Casus.

Pompeius audiens Ciceronem eum perquirere ad mortem maxima ira accensus iubet illum priùs occidi. Posteà in se reuersus, aduertens hoc malum esse, posseque alio modo sibi cauere; mandatum reuocat.

Casus De eo, qui malo cognito reuocat mandatum

Quæritur an peccauerit in prima determinatione?

Resp. negatiuè, quia eius consensus fuit imperfectus, scilicet portionis inferioris inconsulta superiori.

ARTICVLVS VI.

De Vsu.

DEfinitur vsus; quod sit actus alicuius potentiæ circà suum obiectum.

Definitur Vsus.

Diuiditur in actiuum, & est solius voluntatis; & passiuum, & est motio eiusdem recepta in aliis potentiis.

Diuiditur Vsus. Circa quod sit.

Est solum circà fines intermedios.

Differt ab electione tamquam priùs, & posterius. pag. 29.

Differt ab electione.

Est etiam D. Tho. p. 2. q. 16. per totam.

Casus I.

Casus De Dæmente, qui vellet se ipsum occidere.

Cajus dæmens vellet se ipsum occidere, nisi fereis vinctus impediretur.

Quæritur an peccet?

Resp. negativè, quia non habet vsum actiuum voluntatis.

Casus II.

Casus De muliere per vim corrupta.

Berta vi corrumpitur à Petro; quæritur an peccet?

Resp. negatiuè, quia non habet vsum nec actiuum voluntatis, nec passiuum receptum in potentiis.

ARTICVLVS VII.

De Imperio.

Definitur Imperium.

DEfinitur imperium, quod sit actus rationis ex virtute voluntatis, quo mediante potentiæ inferiores mouentur ad exercitium actus.

Quomodò præcedat vsum.

Præceditur ab vsu actiuo, vsum verò passivum præcedit. pag. 30.

Est D. Tho. p. 2. q. 17. per totam.

Casus.

Procopius determinauit Paulum interficere, vndè armatus eum quærit semper; post multos dies inueniens ipsum interimit.

Casu: De eo, qui per tempus in animo habens occidere inimicum, tãdem occidit.

Quæritur quot peccata faciat?

Resp. vnum tantum; eò quia se habent, vt actus imperans, & exequens, vt internus, & externus, qui ad eandem spetiem bonitatis, & malitiæ spectant.



QVÆ-

QVÆSTIO VI.

De bonitate, & malitia humanorum actuum.

Est q. 18. D. Tho. in p. 2.

ARTICVLVS I.

Vtrum omnis actio humana sit bona, vel mala?

Non omnis operatio humana est bona, sicuti nec omnis mala.

Resp. QVod nec omnis operatio humana est bona, sicuti nec omnis mala; sed aliquæ sunt bonæ, aliquæ sunt malæ. pag. 31.

Est D. Tho. p. 2. q. 18. art. 1. ad lit.

Casus.

Casus Num oratio peccatoris sit mala, & peccaminosa.

Barnabas maximus peccator quotidiè recitat Rosarium B. V. quamvis sit pluribus peccatis mortalibus involutus.

Quæritur an sic recitando Rosarium malum faciat?

Resp. negativè; & contrarium damnatur à Concil. Trident. sess. 6. can. 7. 8.

AR-

ARTICVLVS II.

Vndè actio humana habeat bonitatem, vel malitiam?

Resp. QVod loquendo de bonitate essentiali habet ipsam ex obiecto, & huiusmodi dicitur bonum, vel malum secundum speciem suam pag. 31.

Actio humana habet bonitatem essentialem ex obiecto.

Est D. Tho. p.2. q.18. art.2. ad lit.

ARTICVLVS III.

Vtrum actus humani desumant bonitatem, & malitiam ex fine.

Resp. SIc: loquendo de fine operantis; qui si habeat rationem motiui dat primam speciem. pag.32.

Actus humani habent etiam bonitatem ex fine.

Est D. Tho. hic a.4. & 6. ad lit.

ARTICVLVS IV.

Vtrum bonitas, quam habet actus ex obiecto sit eiusdem speciei cum illa, quam habet ex fine.

Bonitas actionis humanæ, quã habet ex obiecto, differt spetie ab ea, quam habet ex fine.

Resp. NOn: vndè idem actus potest habere simul diversas speties bonitatis, vel malitiæ; essentiales, si considerentur secundum diuersa, putà secundum intentionem, & secundum opus; si verò considerentur secundum idem vna essentialis, altera accidentalis, vna ex obiecto, altera ex fine. Non potest tamen idem actus esse bonus, & malus; quia bonum ex integra causa, malum ex quocumque deffectu. pag.33.

Est etiam D. Tho. p.2. q.18. a. 7. vt à Didaco Alvarez explicatur.

Videatur prop. Dam. ab Alex. VIII. num.1.

Casus I.

Casus De eo, qui furatur ad fornicandũ.

Baldassar optans fornicari, nec habens vndè Meretricium solvat furatur quod illi sufficit; vndè scortum adiens fornicatur.

Quæritur quot peccatis peccet.

Resp.

Resp. duplici peccato, nempè fornicationis, & furti: quia eius actio duplicem malitiam habet à fine, & ab obiecto.

Casus II.

Petrus habens votum ieiunandi certa die, in qua incidit hoc anno & Vigilia Apostoli, ipsa die ieiuniũ frangit.

Casus De eo, qui non ieiunat eo die quo habet votũ ieiunandi, et vrget præceptum Ecclesiæ.

Quæritur quot peccata committat?

Resp. Duo peccata; quia frangit duplex præceptum spectans ad diversam virtutem.

Casus III.

Dominica die, in qua festum Apostoli incidit Barnabas omittit audire sacrum.

Casus De eo, qui omittit audire sacrũ in die Dominico in quo est festum Apostoli.

Quæritur an duo peccata faciat.

Resp. negativè, quia ambo præcepta concernunt eandẽ virtutem Religionis.

Casus IV.

Fuluius videns pauperem in via necessitate laborantem ei subuenit, sed cum inani gloria.

Casus De eo, qui subuenit extremè degenti cum inani gloria.

Quæritur an peccet.

Resp. affirmatiuè; quia licet eius actio sit bona ex obiecto, est tamen mala ex fine intento.

QVÆSTIO VII.

De Circumſtantiis.

Correſpondet etiam ſeptima q. D Th. in p. 2. & continet vlterius art. 10. & 11. quaſt. 18.

ARTICVLVS I.

De quiditate, & numero circumſtantiarum humanorum actuum.

Definiuntur circunſtantia.

DEfinitur circumſtantia humanorum actuum, quod ſit accidens extrà ſubſtantiam actus exiſtens, aliquo tamen modo ipſum actum attingens.

Diuiduntur circunſtantia.

Sunt ſeptem poſitæ ab Ariſtotele 3. Ethicorum hoc carminę comprehenſę.

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodò, quandò. pag. 35.

Eſt D. Tho. p. 2. q. 7. per totam.

AR-

ARTICVLVS II.

Vtrum huiusmodi circumstantiæ dent bonitatem, vel malitiam actui humano.

Dant bonitatem &c. aliquandò essentialem, aliquandò accidentalem.

Resp. SIc: quædam tribuunt bonitatem, vel malitiam diuersæ speciei si varient speciem; quædam verò solum augent, vel minuunt bonitatem, vel malitiam intrà eandem spetiem, si solum sint agravantes, prò quo duæ regulæ.

Regulæ generales.

Prima, si ratione circumstantiæ actus est contrà nouam virtutem, seu nouum præceptum; tunc circumstantia dicitur mutans speciem.

Secunda, si ratione circumstantiæ actus non est contrà nouum præceptum spectans ad nouam virtutem, tunc dicitur solum circunstantia agrauans. pag. 36.

Est D. Tho. p.2. q.18. art. 10. & 11.

Casus I.

Casus De homicidio in Ecclesia facto.

Cneius occidit Pomponium in Ecclesia.

Quæritur quot peccata faciat.

Resp. duo: quia circunstantia loci sacri variat spetiem, vnde peccat homicidio, & sacrileggio.

II.

Casus De furtis maiori, vel minori quantitate factis

Curtius, & Anchises furantur in Campsoris teloneo unus decem auros, alter viginti. Quæritur an sua peccata sint eiusdem speciei.

Resp. affirmatiuè; unum tamen grauius altero; propter circunstantiam agrauantem.



QVÆ-

QVÆSTIO VIII.

De indifferentia humanorum actuum.

Correspondet a 8. & 9. q. 18. D. Tho. in p. 2.

ARTICVLVS I.

An detur actus indifferens secundum speciem.

Resp. SIc: quia potest dari obiectum indifferens. pag. 37. 38. Est D. Tho. a. 8. supradicto ad lit.

Dantur actus indifferentes secundum speciem.

ARTICVLVS II.

An detur actus indifferens secundum individuum.

Resp. NOn: dumodò sit humanus, & à deliberata voluntate procedat. pag. 39.

Non datur actus verè humanus indifferens.

in indiuiduo per se. Benè tamen per accidēs.

Est D. Tho.p.2.q.18. a.9. suprad. ad lit.

Addunt tamen aliqui, quod potest dari per accidens ratione ignorantiæ inuincibilis. Cum quibus sit.

Casus I.

Casus De eo, qui pugnat bona fide in bello iniusto.

Duo Principes pugnant simul, prætendens quilibet, quod ex parte sui bellum sit iustum. Titius bona fide pugnat prò parte, prò qua bellum est iniustum.

Quæritur qualis sit hæc eius actio.

Resp. indifferens per accidens ratione ignorantiæ inuincibilis.

II.

Casus De eo, qui manducat &c. ad satietatem ob solam voluptatem.

Tiburtius manducat; & bibit usq. ad satietatem ob solam voluptatem. Quęritur an peccet?

Resp. affirmatiuè, ex prop. Dam. ab In.XI. n.8. quia hanc suam operationem ad rectum finem non ordinat.


III.

III.

Caius, & Berta coniuges exercent opus coniugii ob ſolam voluptatem. Quæritur an peccent?

De coniuge ob ſolam voluptatem actus coniugii exercente.

Reſp. affirmatiuè, ex eiſdem prop. Dam. num. 9. & ob eandem rationem.



QVÆSTIO IX.

De Actu interiori & exteriori.

Correſpondet q. 19. & 20. D. Tho. in p. 2.

ARTICVLVS I.

De actibus internis, & à quo ſuam bonitatem, vel malitiam ſortiantur.

Definitur actus internus.

DEfiniuntur actus interni, quod ſint illi, qui à ſola voluntate pro-

in indiuiduo per se. Benè tamen per accidēs.

Est D. Tho.p.2.q.18. a.9. supra ad. ad lit.

Addunt tamen aliqui, quod potest dari per accidens ratione ignorantiæ inuincibilis. Cum quibus sit.

Casus I.

Casus De eo, qui pugnat bona fide in bello iniusto.

Duo Principes pugnant simul, prætendens quilibet, quod ex parte sui bellum sit iustum. Titius bona fide pugnat prò parte, prò qua bellum est iniustum.

Quæritur qualis sit hæc eius actio.

Resp. indifferens per accidens ratione ignorantiæ inuincibilis.

II.

Casus De eo, qui manducat &c. ad satietatem ob solam voluptatem.

Tiburtius manducat; & bibit usq. ad satietatem ob solam voluptatem. Querıtur an peccet?

Resp. affirmatiuè, ex prop. Dam. ab In.XI. n.8. quia hanc suam operationem ad rectum finem non ordinat.

III.

Caius, & Berta coniuges exercent opus coniugii ob ſolam voluptatem. Quæritur an peccent?

Reſp. affirmatiuè, ex eiſdem prop. Dam. num. 9. & ob eandem rationem.

De coniuge ob ſolam voluptatem actus coniugii exercente.

QVÆSTIO IX.

De Actu interiori & exteriori.

Correſpondet q. 19. & 20. D. Tho. in p. 2.

ARTICVLVS I.

De actibus internis, & à quo ſuam bonitatem, vel malitiam ſortiantur.

DEfiniuntur actus interni, quod ſint illi, qui à ſola voluntate

Definitur actus internus.

 pro-

prouenĩunt, prò ut anteuertit exercitium actuum externorum.

A quo eorum bonitas &c. desumatur.

Eorum bonitas, vel malitia ex pluribus habetur, ſed præcipuè ex obiecto, & fine: cum aliqua tamen graduatione. Dum obiectum malum rapreſentatur voluntati, ſi ſtatim ac aduertit, reicit, nullum peccatum facit; ſi aliquantiſper in cogitatione comoratur inutiliter, peccat venialiter; ſi multum comoretur cum delectatione, peccat mortaliter; ſi denique in opus conſentiat peccat in eo genere, ac ſpetie, qua eſſet opus ſi exterius eſſet conſummatum. pag.41.

Eſt D. Tho.p. 2. q. 74. a.8. ad 2. ad lit.

Caſus I.

Caſus De eo, qui non aduertens cogitat de muliere.

Curtius non aduertens cogitat de muliere; ſtatim ac aduertit cogitat omnem expellit; quæritur an peccet?

Reſp. negatiuè; propter inaduertentiam.

II.

Caſus De eo, qui pauliſper inutiliter comoratur in cogitatione venerea.

Baldaſsar habens cogitationem impuram inutiliter in ipſa pauliſper comoratur.

Quæritur an peccet, & quo peccato.

Reſp.

Resp. peccare venialiter; ex inutili Mora. Dixi ex inutili mora; si enim utiliter hoc facere, puta ad docendum, nullo modo peccaret.

III.

Thomas multum sistens in cogitatione venerea, cum alteratione carnis delectatur in ipsa. Quæritur an peccet, & quo peccato.

Casus De diù sistente in cogitatione venerea cũ carnis alteratione in ipsa delectatur.

Resp. affirmatiuè & mortaliter propter delectationem morosam.

IV.

Procopius assensum prębens cogitationi venereę, eam quantum potest, curat adimplere. Quæritur an peccet, & quo peccato.

Casus De eo, qui venereæ cogitationi assentiens, quantũ potest eam curat adimplere.

Resp. affirmatiuè, & eodem peccato ac si opus impleret propter consensum.



ARTICVLVS II.

De actibus externis, nec non de eorum bonitate, ac malitia.

Definitur actus externus.

DEfiniuntur illi, qui proueniunt ab alia potentia à voluntate, & ideò actus imperati dicuntur.

A quo istius bonitas, vel malitia desumatur.

A' voluntate, & à ratione Bonitatem, & malitiam recipiunt sed diuersimodè? Ad hoc, ut actus externus sit bonus non sufficit bona voluntas ex fine, sed requiritur, quod sit etiam bona ex proprio obiecto. Ad hoc autem, quod actus exterior sit malus sufficit, quod voluntas sit mala ex aliquo illorum. pag. 42.

Est D. Tho. p. 2. q. 20. a. 1. & 2. ad lit.

Casus.

Casus De eo, qui patitur pollutionem in somno absque occasione, consensu, & delectatione.

Pompeius pollutionem patitur in somnio absq; eo quod occasionem, aut consensum illi præstet, aut de ea se delectet.

Quæritur an peccet?

Resp. Negatiuè, quia ad hoc ut

actus

actus exterior ſit malus oportet quod proueniat à voluntate deliberatè mala &c.

ARTICVLVS III.

Vtrum actus exterior addat aliquid de bonitate, vel malitia ſuprà actum interiorem.

Reſp. SIc: loquendo de bonitate accidentali, & exteriori; non autem intrinſeca, & eſſentiali.

Actus externus addit ſupra actum internum bonitatem accidentalem.

Eſt D. Tho. p.2. q.20. a.4. ad lit. pag.42.

Caſus.

Nicolaus decreuit in corde ſuo fornicari; ex poſt data occaſione voluntatem ſuam adimplet.

Caſus De eo, qui in corde fornicari decreuit, & ex poſt ex occaſione ſuam adimplet voluntatem.

Quæritur an grauius peccet, quam ſi tantum corde ſtatuiſſet.

Reſp. quod grauius peccat ſolum accidentaliter, dumodò tamen actus ſint moraliter continuati; ſi enim interumpantur per revocationem præhabitę determinationis tunc eſſent peccata diuerſa.

QVÆ-

QVÆSTIO X.

De prima regula humanorum actuum.

Correspondet a. 4. 9. & 10. q. 19. D. Tho. in p. 2.

ARTICVLVS I.

De lege æterna.

Definitur lex æterna.

DEfinitur, quod sit voluntas diuina (hoc est voluntas signi) ordinem naturalem seruari iubens, perturbari vetans.

Ab ipsa bonitas voluntatis dependet.

Ab hac bonitas voluntatis magis dependet, quam à ratione. pag. 43.

Est D. Tho. p. 2. q. 19. artic. 4. ad lit.

ARTICVLVS II.

Vtrum semper debeamus conformari voluntati beneplaciti Dei.

Homo semper conformari debet voluntati diuinæ.

Resp. SIc: ità quod voluntas nostra non sit bona, nisi confor-

formetur voluntati diuinæ; loquendo tamen formaliter, non verò semper materialiter. pag. 44. 45.

Est D. Tho. p. 2. q. 19. a. 9. & 10. ad lit.

Casus I.

Titius graui infirmitate oprimitur; qua propter dolet, & conqueritur: potius optans salutem, quam diuinæ voluntati se conformans.

Casus De eo, qui graui detentus infirmitate, potius conqueritur de illa, quā quòd seipsū conformet diuinæ voluntati.

Quæritur an peccet.

Resp. Negatiuè, quia in malis non tenemur secundum appetitum sensitiuum nec secundum voluntatem, ut natura est, conformari beueplacito Dei in particulati. n. 6.

II.

Princeps sciens Ciuitatem suam ab inimicis obsideri, non solum hoc patienter non suffert; sed facit quid quid potest, ut eam liberet.

Casus De Principe, qui non solū patienter non suffert suam Ciuitatem ab hoste obsideri, sed quidquid potest facit ad eam liberandam.

Quæritur an peccet?

Resp. negatiuè; quià in volito particulari non semper tenemur velle, quod Deus vult, immò sæpè possumus velle contrarium. n. 7.

III.

III.

Casus De eo, qui Dei voluntatem putat implere interficiendo fugientem de carcere, sciens eum reum mortis eidem à Iudice damnatum, etiã ex lege Diuina.

Sempronius videns Caium è carcere fugientem, sciens eum reum mortis, & ideò à iudice morti damnatum, etiam secundum diuinam legem, eum interimit putans beneplacitum Dei implere.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè: quia non est bonum conformari voluntati beneplaciti Dei, nisi adsint omnes circunstantiæ bonæ; cum autem una ex ipsis sit, quod Reus non puniatur, nisi ab habente publicam potestatem sequitur &c. n.9.

IV.

Casus De eo, qui non subleuat grauiter egentem, alioquin potẽs, ne ideò beneplacito Dei opponatur.

Dominicus videns pauperem grauiter egentem, & valens illum subleuare non facit, ne opponatur voluntati benepla iti Dei.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè: quia non licet contrarium facere eorum, quæ nobis in Consiliis, & præceptis diuinis iubentur, n.10.

V.

Cneius, videns Curtium maximas calamitates sustinere, lætatur dicens hanc esse Dei voluntatem.

Casus De eo, qui lætatur videns magnas proximi calamitates ex eo, quod hæc sit voluntas Dei.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; quia non debemus gaudere de malo proximi, quamuis ex diuina voluntate illi euenire putemus. n. 11.

QVÆSTIO XII.

De Conscientia.

Correspondet art. 3. 5. & 6. q. 19. D. Tho. in p. 2.

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex sit conscientia.

DEfinitur Conscientia, quod sit actus intellectus practici (scilicet iudicium) dictans de bonitate, & malitia eorum, quæ hic, & nunc agenda sunt.

Definitio conscientiæ

Diui-

Diuisio conscientiæ.

Diuiditur incertam, & dubiam; in rectam, & erroneam; in probabilem, & scrupulosam.

Definitio conscientiæ certæ.

Supposita prima quę cõsistit in judicio certò intellectus de bonitate, vel malitia obiecti, de quà nihil restat dicendum. pag.46. &

Deducitur ex D. Tho. p. 2. q. 19. art. 3.

Circa alias &c.

ARTICVLVS II.

De conscientia erronea.

Definitio conscientiæ erroneæ.

DEfinitur, quæ ex falsis præmissis, vel malè intellectis falsam sententiam concludit. Tenetur quis illam sequi, dummodò tamen proueniat ex ignorantia inuincibili. pag.47.

Est D. Tho. p. 2. q. 19. art. 5. & 6. ad lit.

Casus I.

Casus De eo, cui iuramentũ rex præbet contrà conscientiam.

Baldassar certò credit illicitum esse iurare, fundatus super illud Christi Matth. 5. *Nolite iurare omninò*: à iudice exhibetur ei iuramentum.

Quæritur an debeat iurare?

Resp. negatiuè, quia quisque tenetur sequi propriam conscientiam, etiam erroneam, dummodò &c.

Vi-

II.

Victorius credit ad procurandam corporalem salutem licitum esse fornicari; vndè de facto propter hoc fornicatur.

Casus De eo, qui credit posse fornicari adprocurãdam salutẽ.

Quæritur an peccet?

Resp. negatiuè, dummodò eius conscientia erronea proueniat ex ignorantia inuincibili.

ARTICVLVS III.

De conscientia scrupulosa.

DEfinitur, quod sit formido, & suspitio, quæ animum cruciat inducens dubium, an aliqua res sit licita, nec ne.

Definitio conscientiæ scrupolosæ.

Triplex: prima oritur ex causis iustis, & vrgentibus: Secunda ex causis leuissimis: Tertia ex causis iustis, sed non ad eò vrgentibus, vt alteram partem faciant improbabilem.

Diuisio eiusdem.

Primã sequi tenemur; secundã verò, & tertiam non. Immò consulendum est viris meticulosis, vt agant contrà ipsam. pag.48.

Quam debeamus sequi.

Casus I.

Semproniu habens plura beneficia scrupulis agitatur, an hoc licitum sit; po-

Casus De eo, qui plura habẽs

beneficia scrupulis agitatur.

potiùs inclinans in partem negatiuam, quam affirmatiuam.

Quæritur quid facere debeat?

Resp. quod tunc pluralitatem beneficiorum debet relinquere, alias peccat; quia in dubiis, quandò vna pars est certa, altera dubia, tenemur sequi illud, quod certum est.

II.

Casus De eo, qui in benè operando scrupulis agitatur.

Petrus vir Meticulosus timet absque ullo fundamento, num rectè operetur, v. g. orando, psallendo &c.

Quæritur quid facere debeat?

Resp. quod debet scrupulos deponere; & ad hoc faciendum quærere hominem prudentem, qui eum dirigat, eiusque verbis acquiescere.

III.

Casus De eo, qui habet scrupulum circà confessionem.

Paulus scrupulo fungitur, an rectè confessus sit aliquod peccatum; & alias potest credere, se rectè confessum, propter solertem diligentiam, quam solet adhibere.

Quæritur, quid facere debeat?

Resp. quod suæ credulitati debet acquiescere; quia in huiusmodi, credulitas habenda est pro certitudine.

ARTICVLVS IV.

De conscientia dubia.

DEfinitur illa, quæ nec ascensum habet, nec discensum; sed hæret velut immedio. Duplex, sicuti est dubium; speculatiua, & practica.

Definitio conscientiæ dubiæ.

Diuisio eius.

Facere contrà dubium practicum est peccatum; secùs verò contrà speculatiuum.

Quam sequi debeamus.

Quandò vna pars est certa, altera dubia, certam sequi tenemur.

Quandò dubium ex vtraque parte est æquale, facta omni diligentia, nec certiori parte inuenta; licitum est, illam partem sequi, quæ magis arridet. pag.49.

Casus I.

Casus De eo, qui carnes comedit in die Veneris dubitans an illi liceat.

Barnabas die Veneris sentit se debilem, ac propter hoc dubitans, an illi licitum sit, carnes vesci, de facto carnem comedit.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; quia facere id, de quo dubitamus, an sit peccatum, quandò dubium est practicum, peccatum est.

II.

Casus De eo, qui incipit dubitare de proprietate fundi.

Servatius possidet fundum longo tempore bona fide, insurgit propter hoc Pomponius contrà illum; vndè incipit dubitare de proprietate fundi.

Quæritur an adhuc possit in possessione illius perseuerare?

Resp. affirmatiuè: quia in his tutior pars est possidentis.

III.

Casus De Matrimonio dubio bona fide celebrato

Cicero celebravit Matrimonium cū Marta sana fide: posteà consumato matrimonio incipit dubitare, an sit sibi consanguinea in gradu prohibito.

Quæritur an debitū reddere possit?

Resp. affirmatiuè, quia possessio facit illum securum. n. 4.

IV.

Casus De eo, qui ieiunium frangit sub dubio.

Petrus habens magnam debilitatem in die ieiunii ab Ecclesia præcepti dubitat an teneatur ieiunare; & sub hoc dubio frangit ieiunium.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; dummodò tamen graue sui detrimentum non sustineat, quia Ecclesia non intendit obligare tanto cum incommodo. n. 5. 6.

Cur-

V.

Curtius habet vtrumque parentem in extrema necessitate constitutum: Non habet, vndè vtrique subueniat.

Casus Cui debeat succurrere habēs vtrūque parentem in extrema necessitate.

Quæritur, cui magè debeat subuenire?

Resp. vni, vel alteri pro suo libito; quia non est maior ratio de vno, ac de altero. n. 7. licet multi dicant, quod teneatur subuenire patri.

VI.

Procopius habet præceptum à suo Prælato, nè pauperibus panem conferat; videt pauperem extremè laborantem.

Casus De eo, quem vrget duplex præceptum oppositum.

Quæritur an teneatur illi panem dare?

Resp. affirmativè; quia in concursu duorum præceptorum standum est principaliori.

ARTICVLVS V.

De conscientia probabili.

DEfinitur, quod sit illa, quæ opinionem probabilem sequitur.

Definitio conscientia probabilis.

Potest sequi, dum facta sufficienti diligentia alia probabilior non apparet.

Non

II.

Casus De eo, qui incipit dubitare de proprietate fundi.

Servatius possidet fundum longo tempore bona fide, insurgit propter hoc Pomponius contrà illum; vndè incipit dubitare de proprietate fundi.

Quæritur an adhuc possit in possessione illius perseuerare?

Resp. affirmatiuè: quia in his tutior pars est possidentis.

III.

Casus De Matrimonio dubio bona fide celebrato

Cicero celebravit Matrimonium cũ Marta sana fide: posteà consumato matrimonio incipit dubitare, an sit sibi consanguinea in gradu prohibito.

Quæritur an debitũ reddere possit?

Resp. affirmatiuè, quia possessio facit illum securum. n. 4.

IV.

Casus De eo, qui ieiunium frangit sub dubio.

Petrus habens magnam debilitatem in die ieiunii ab Ecclesia præcepti dubitat an teneatur ieiunare; & sub hoc dubio frangit ieiunium.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; dummodò tamen graue sui detrimentum non sustineat, quia Ecclesia non intendit obligare tanto cum incommodo. n. 5. 6.

Cur-

V.

Curtius habet vtrumque parentem in extrema neceſſitate conſtitutum: Non habet, vndè vtrique ſubueniat.

Caſus Cui debeat ſuccurrere habẽs vtrũque parentem in extrema neceſſitate.

Quæritur, cui magè debeat ſubuenire?

Reſp. vni, vel alteri pro ſuo libito; quia non eſt maior ratio de vno, ac de altero. n. 7. licet multi dicant, quod teneatur ſubuenire patri.

VI.

Procopius habet præceptum à ſuo Prælato, nè pauperibus panem conferat; videt pauperem extremè laborantem.

Caſus De eo, quem vrget duplex præceptum oppoſitum.

Quæritur an teneatur illi panem dare?

Reſp. affirmativè; quia in concurſu duorum præceptorum ſtandum eſt principaliori.

ARTICVLVS V.

De conſcientia probabili.

DEfinitur, quod ſit illa, quæ opinionem probabilem ſequitur.

Definitio conſcientia probabilis.

Poteſt ſequi, dum facta ſufficienti diligentia alia probabilior non apparet.

Non

Quam sequi debeamus. Non tenemur sequi tutiorem in concursu probabilioris.

Non est licitum sequi opinionem minùs probabilem fauentem libertati in concursu probabilioris fauentis præcepto. pag.50.51.

Videas op. Dam. ab Alex.VII.n.27. ab Innoc.X. n.1. & ab Alex.VIII. n.3.

Casus circa conscientiam probabilem soluentur secundum quod in diuersis materiis obuiam erunt.

Atque hæc de primo Tractatu.

TRA.

TRACTATVS SECVNDVS

De virtutibus, & vitijs.

Continet q. D. Th. in hac p. 2. à 55. vsque ad art. 3. q. 71. inclusiuè.

PRÆAMBVLVM

De passionibus animæ.

IN homine duplex appetitus, innatus, & ellicitus. *Appetitus duplex.*

Definitur primus quod sit propẽsio quædam naturalis, quam vnaquæque res habet in se tendendi ad proprium finem, orta ex eorum forma. *Definitio app. innati.*

Definitur secundus quod sit potentia vitalis nata moueri ab apprehenso. *Definitio app. elliciti.*

Diuiditur in irascibilem, & concupiscibilem; hic fertur in obiectum suum amplectendo; ille in contrarium obiecti destruendo, vel victoriam desiderando super illud. *Diuisio app. elliciti.*

Ab his ortum habent passiones, quæ vndecim enumerantur. *Passiones animi.*

Sex in concupiscibili, & sunt: Gaudium, amor, desiderium, odium, fuga, & tristitia.

Quinque in irascibili; & sunt spes, despe-

desperatio, timor, audacia, & ira. De his D. Tho. in hac p. 2. à q. 22. vsque ad q.48. pag. 52.



QVÆSTIO I.

De essentia virtutum.

Correspondet q. 55. D. Th. in p.2.

Definitio virtutis.

DEfinitur *Virtus* ex D. Aug. lib.2. de lib. arb. cap.19. & p. Retract. cap.9. Est qualitas mentis, quâ rectè viuitur, qua nullus malè vtitur, quam Deus in nobis sinè nobis operatur. Ad quam explicandam sit.

ARTICVLVS I.

Vtrum virtus sit habitus.

Virtus est essentialiter habitus.

Resp. SIc. Essentialiter. pag.53. Est D. Tho. p.2. q.55. art.p. ad lit.

ARTICVLVS II.

Vtrum virtus sit habitus semper inclinans ad operandum bonum.

Resp. SIc: ità vt sit impossibile ipsum inclinare ad malũ. p. 54 Est D. Tho. p. 2. q. 55. a. 2. 3. ad lit.

Virtus est habitus semper inclinãs ad bonum.

Casus.

Melchior Sacerdos ardore fidei succensus orat coram Sacramento diù in oratione perseuerans; sed advertens, quod à populo eius prolixa oratio admiretur, afficitur inani gloria.

Casus De eo, qui orando afficitur inani gloria.

Quæritur an sic in oratione perseuerando peccet?

Resp. affirmatiuè: licet enim eius actus à principio sit bonus tam materialiter, quam formaliter; tamen aduenient e inani gloria vitiatur.



QVÆSTIO II.

De diuisione virtutum.

Continet q. 57 58 59. & 60. D. Tho. in p. 2.

Diuisio virtutis.

DIuiditur virtus in intellectualem, moralem, & Theologicam.

Virtutes intellectuales.

Intellectuales sunt quinque Intelligentia, sapientia, scientia, prudentia, & ars.

Virtutes Morales.

Morales sunt quatuor principaliter: prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia.

Virtutes Theologicæ.

Theologicæ sunt tres: fides, spes, & charitas. De quibus infra, &c. pag. 55.

ARTICVLVS I.

Vtrum possit dari virtus moralis sinè Prudentia.

Non datur virtus moralis sinè Prudentia.

Resp. NOn: si sit perfecta virtus. pag. 55.

Est D. Tho. p. 2. q. 58. art. 4. ad lit.

Casus

Casus.

Baldassar vir sobrius, & simplex audit hæreticum docentem, licere vesci carnibus in Quadragesima; eius rationibus conuinctus carnes comedit.

Casus De eo, qui ab hæretico deceptus carnes comedit in Quadrag.

Quæritur an peccet, & contrà quam virtutem?

Resp. cum distinctione: si ducatur ab ignorantia inuincibili, nullo modo peccat. Si autem eius ignorantia sit culpabilis; vti probabile est esse in casu, cum priùs debeat adire Doctorem catholicum; vt instruatur &c. tunc peccat contrà Temperantiam principaliter, & contrà Prudentiam ex consequenti; cum non possit dari virtus moralis perfecta sinè illa.

ARTICVLVS II.

Vtrum prudentia possit esse absque virtute morali.

Resp. NOn: licet hoc habeant aliæ virtutes intellectuales. p.56 Est D. Tho. p.2. q.58. art.5. ad lit.

Prudentia non est absque virtute morali.

ARTICVLVS III.

Vtrum virtutes morales possint esse sine charitate.

Virtutes infusæ non sunt absque charitate, benè tamen acquisitæ.

Resp. CVm distinctione; si sint infusæ, Non: si sint acquisitæ sic; quæ licet sint essentialiter virtutes, non tamen sunt perfectæ sine illa. pag. 57.

Est D. Tho. hic quæst. 65. art. 2. ad lit.

ARTICVLVS IV.

Vtrum virtutes morales sint sibi ad inuicem connexæ.

Virtutes morales ad inuicē connectuntur.

Resp. SIc; ità vt ad vnam habendam in statu perfecto omnes aliæ requirantur.

Est D. Tho. p. 2. q. 65. a. 1. ad lit. pag. 58.

QVÆ-

QVÆSTIO III.

De causis virtutum.

Correspondet in p. 2. q. 63. D. Tho.

ARTICVLVS I.

Vtrum virtutes insint nobis à Natura.

Resp. NOn: loquendo de virtutibus secundum perfectionem, & consummationem: benè tamen secundum inchoationem, & quandò intellectuales sunt.

Virtutes nō insunt nobis à natura.

Est D. Tho. p. 2. q. 63. art. 1. ad lit. pag. 59.

ARTICVLVS II.

Vtrum virtutes possint nostris actibus acquiri.

Resp. SIc: siue interni sint, siue externi; dummodò tamen non superent facultatem naturæ: &

Virtutes nostris actibus acquiruntur.

 tunc

tunc causantur in nobis ex operum assuetudine. pag.60.

Est D. Tho. p.2, q.63. a. 2. ad lit.

Casus.

Casus De eo, qui appetit diuitias, ut eas in diuinum cultum expendat.

Scipio pauper optat multis affluere diuitiis, vt eas in diuinum cultum, & erga pauperes liberè impendat.

Quæritur an habeat in se virtutem munificentiæ, & liberalitatis?

Resp. affirmatiuè; quia virtus etiam per actus internos producitur.

ARTICVLVS III.

An aliquæ virtutes morales sint in nobis per infusionem gratiæ.

Aliquæ virtutes morales sunt in nobis per gratiam. Infusæ non sunt eiusdẽ spetiei cum acquisitis.

Resp. SIc: vt tamen sunt proportionatæ virtutibus Theologicis. pag.61.

Est D. Tho. p.2. q.63. a. 3. ad lit.

Adde ex eodem art. 4. virtutes infusas non esse ejusdem spetiei cum virtutibus acquisitis; habent enim diuersum obiectum, diuersum finem, & diuersa media n.2. pag.61.

QVÆ-

QVÆSTIO IV.

De subiecto virtutum.

Correspondet q. 56. D. Tho. in p. 2.

SVppono quod subiectum virtutum est potentia animæ. Ex D. Tho. hic art. 1. & quod virtus non subiectatur in potentia apprehensiua sensitiua hominis ex eod. D. Tho. hic art. 5. benè tamen in intellectiua; secundum quid absque ordine ad voluntatem; simpliciter verò cum ordine ad illam: ex eodem art. 3. quo stante sit. pag. 62. *Subiectum virtutum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum veræ virtutes possint subiectari in appetitu sensitiuo.

Resp. SIc: pro vt natus est politicè obedire rationi: & hæ duo scilicet, Fortitudo, & Tēperantia. p. 62. Est D. Th. p. 2. q. 56. a. 4. ad lit. *Subiectantur virtutes in appetitu sensitiuo.*

ARTICVLVS II.

Vtrum in voluntate ponenda sit virtus moralis, non solum ad attingendum promptè, & faciliter bonum alienum; sed etiam bonum connaturale proprii subiecti.

Virtutes subiectatur in voluntate, & quomodo.

Resp. SIc: loquendo de bono connaturali difficili, & de bono alieno. Immò ipsa est præcipuum subiectum; cum proprium virtutis sit dirigere affectum hominis ab alio non impeditum in Deum, vel in proximum. pag. 63.

Est D. Tho. p.2. q.56. a.6. ad lit.

Casus.

Casus De vxorato, qui cupit habere castitatem.

Pomponius coniugatus ardenter desiderat seruare castitatem cohabitando cum vxore.

Quæritur an talem virtutem in se habeat?

Resp. negatiuè; quia est subiectum incapax illius; potest tamen habere continentiam coniugalem, cuius est capax.

QVÆ-

QVÆSTIO V.

De Prudentia.

Cum D. Tho. non agat de virtutibus in particulari in hac P. 2. ad 2. 2. progredimur. Hæc ergò quæstio.

Correspondet q. 47. D. Tho. in 2. 2.

ARTICVLVS I.

De quidditate Prudentiæ.

DEfinitur, quod sit recta ratio agibilium. *Definitio Prudentiæ.*

Est vera virtus, hominibus necessaria, ad inueniendum medium in aliis virtutibus. Eius proprium munus est imperare, & præcipere; & per hoc distinguitur ab arte. pag. 44. 65. *Ipsa est virtus. Eius proprium munus.*

Est D. Tho. 2. 2. q. 47. art. 2. 4. 7. & 8. ad lit.

Casus I.

Casus De eo, qui intentus regimini Domus non curat de sua salute.

Cneius circà domum suam benè regendam rectè ratiocinans totus, & totaliter rei domesticæ intendit, ni-

hil curans scire de sua salute.

Quæritur an dici possit vir Prudens?

Resp. negatiuè; quia Prudentia facit hominem benè se habere circà vltimum finem humanæ vitæ; & docet eum rectè ratiocinari de rebus agendis in ordine ad eundem finem; vndè tantum abest, vt sit vir prudens, quod est peccator: in peccatore autem vera Prudentia esse non potest ex D. Tho. loc. cit. art. 13.


II.

Casus De eo, qui dat eleemosinam Diuiti ficto Pauperi.

Thomas dat eleemosinam diviti, qui fingit se esse pauperem.

Quæritur an hæc sua actio sit à Prudentia directa.

Resp. affirmatiuè; dummodò tamen invincibiliter ignoret divitem esse, cui eleemosinam tradit: si enim hoc sciret potiùs esset prodigus, quam prudens.



AR-

ARTICVLVS II.


De diuisione Prudentiæ.

DIviditur primò in partes integrales, subiectiuas, & potentiales. D. Tho. 2. 2. q.48. *Diuisio prudentiæ.*

Partes integrales sunt octo; Memoria, intellectus, docilitas, solertia, ratio, prouidentia, circumspectio, & cautio. D. Tho. 2. 2. q. 49.

Partes subiectiuæ prudentiæ sunt regnatiua, politica, œconomica, militaris. D. Tho. 2. 2. q.50.

Partes potentiales sunt ebulia, synesis, gnomin. D. Tho. 2. 2. q. 51. pag. 66.



QVÆ-

QVÆSTIO VI.

De Iustitia.

Correspondet, & continet q. D. Tho. in 2. 2. à q. 57. vsque ad q. 123. non tamen singillatim.

ARTICVLVS I.

De essentia Iustitiæ.

Definitio Iustitiæ.

DEfinitur, quod sit perpetua, & constans voluntas, ius suum vnicuique tribuens. pag. 67.

Est D. Tho. 2. 2. q. 58. art. 1. ad lit.

Casus.

Casus De eo, qui capit Christianos in bello iusto.

Dux quidam multos capit Christianos in bello iusto; ipse quoque religionem Catholicam profitetur.

Quæritur an huiusmodi captiui sint verè illius serui?

Resp. negatiuè: quia licet secundum ius gentium hoc habeat: tamen à iure Ecclesiastico hoc est prohibitum. n. 4. pag. 67.

AR-

ARTICVLVS II.

De diuisione Iustitiæ.


SVpposita diuisione in partes integrales, subiectiuas, & potentiales. *Diuisio Iustitiæ.*

Duæ sunt partes integrales eiusdem, scilicet, facere bonum, & declinare à malo. D. Tho. 2. 2. q. 79. art. 1. ad lit. pag. 68.

Partes subiectiuæ, seu speties illius sunt duæ, nempè iustitia commutatiua, & distributiua. D. Tho. 2. 2. q. 61. art. 1. quibus additur iustitia legalis. pag. 68.

Partes dæmum potentiales sunt nouem, scilicet, religio, pietas, obseruantia, gratia, siue gratitudo, vindicatio, veritas, amicitia, liberalitas, & epicheia. pag. 68.

Est D. Tho. 2. 2. q. 80. art. 1. ad lit.



AR-

ARTICVLVS III.

De partibus potentialibus iustitiæ, & præcipuè de Religione.

Definitio Religionis.

DEfinitur Religio, quod sit virtus, quæ debitum cultum Deo tribuit tamquam primo omnium principio. D. Tho. 2. 2. q. 8. a. 1. & 2. ad lit.

Actus interni, & externi.

Actus interni eius duo, deuotio, & oratio. D. Tho. 2. 2. q. 82. 83.

Actus externi septem: adoratio, sacrificium, oblatio, votum, iuramentum, adiuratio diuini Nominis, eiusque per laudem assumptio. D. Th. 2. 2. à q. 84. vsque ad 91. inclusiuè. Reliquas vide in opere. pag. 69. 70.

Circà vindicationem sit

Casus.

Casus De nobili, qui accipit iniuriam à plebeo.

Baptista vir nobilis recipit iniuriam à Sempronio plebeo.

Quæritur an possit ex se vindictam de ea sumere?

Resp. negatiuè; quia licet vindicatio sit virtus; tamen cum eius materia sit malum pœnæ, à nulla priuata persona potest infligi. n. 5.

QVÆ-

QVÆSTIO VII.

De Fortitudine.

Continet q. D. Tho. in 2. 2. à q. 123. vsque ad q. 140. inclusiuè.

ARTICVLVS Vnicus.

De eßentia, & partibus fortitudinis.

DEfinitur, quod sit virtus existens in irascibili coercitiua timoris, & audaciæ moderatiua instantibus periculis. pag. 70.

Definitio fortitudinis.

Est D. Th. q. 123. a. 2. per totam.

Duo actus eius; aggredi, & sustinere; ad hunc spectat martyrium.

Eius actus.

D. Tho. 2. 2. q. 124. per totam.

Partes illius quatuor: Magnanimitas, magnificentia, patientia, & perseuerantia.

Eius partes.

D. Tho. 2. 2. q. 128. per totam.

QVÆ-

QVÆSTIO VIII.

De Temperantia.

Continet q. D. Th. 2. 2 à q. 141. vsque ad q. 170.

ARTICVLVS I.

De essentia Temperantiæ.

Definitio Temperantiæ. DEfinitur, quod sit virtus, qua moderatur appetitus circà delectabilia secundum tactum, & gustum, pro vt decet rectam rationem ob spetialem honestatem, quæ est in tali moderatione. pag. 71.

Est D. Tho. 2. 2. q. 141. per totam.

ARTICVLVS II.

De partibus integralibus, & subiectiuis Temperantiæ.

Partes Tēperantiæ. INtegrales sunnt duæ: Verecundia, & honestas. Subiectiuæ verò quatuor abstinentia, sobrietas, castitas, & pudicitia. pag. 72.

Est D. Tho. 2. 2. q. 143. art. 1. ad lit.

AR-

ARTICVLVS III.

De partibus potentialibus Temperantiæ.

QVatuor: continentia, mansuetudo, clementia, & modestia. Est D. Tho. 2. 2. q. 143. art. 1. addens studiositatem, modestiam circà exteriores motus corporis, & modestiam circà exteriorem apparatum. pag. 73. 74

Partes potentiales eiusdem.

QVÆSTIO IX.

De vitijs tam in communi, quam in particulari.

Continet tres art. q. 71. p. 2. D. Tho. & alias q. multas 2. 2. quæ infrà citab.

ARTICVLVS I.

Vtrum vitium verè opponatur virtuti.

Resp. SIc: vndè potest definiri: mala qualitas mentis, qua malè vi-

Vitium opponitur virtuti.

lè viuitur, & qua nullus benè vtitur. pag. 74.
Est D. Tho. p. 2. q. 71. art 1. 2. 3.

ARTICVLVS II.

De vitijs oppositis Prudentiæ, & virtutibus illi annexis.

Vitia Prudentiæ opposita.

PEr defectum Prudentiæ opponitur imprudentia, quæ in 4. species diuiditur, & sunt: præcipitatio, inconsideratio, inconstantia, & negligentia. D. Tho. 2. 2. q. 53. 54.

Per excessum illi opponitur prudentia carnis, astutia, fraus, sollicitudo nimia temporalium, & futurorum. pag. 74. D. Tho. 2. 2. q. 55.

ARTICVLVS III.

De vitiis oppositis Iustitiæ strictè sumptæ.

Vitia Iustitiæ opposita.

IVstitiæ opponitur per defectum Iniustitia. D. Tho. 2. 2. q. 59.

Distributiuæ opponitur acceptio personarum. D. Tho. 2. 2. q. 63.

Comutatiuæ opponuntur homicidium, contumelia, conuitium, impro-

proprium, furtum, rapina, fraus &c. D. Tho. 2. 2. q. 64. vsque ad 78. inclusiuè. pag. 75.

ARTICVLVS IV.

De vitijs oppositis religioni.

PEr excessum illi opponitur superstitio, quæ habet quatuor speties, & sunt superstitio simpliciter dicta, idolatria, diuinatio, & obseruationum quarundam superstitio. pag. 75. D. Tho. 2. 2. q. 92. vsque ad 96. inclusivè.

Vitia opposita religioni

Casus I.

Pudentiana audiens, hæbreos in honorem venturi Messiæ aliqua ieiunia indixisse, etiam ipsa ieiunat.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè, eo quod falsum cultum tribuit Deo.

Casus De eo, qui ieiunat in honorem venturi Messiæ.

II.

Christophorus rusticus ad petendam à Deo vbertatem frugum per tres dies ieiunat, tres panes tribus vicibus offert

Casus De eo, qui superstitiosum cultũ dat Deo.

offert ecclesiæ, ter singulis diebus genuflectit, tres orationes dicit, ter osculando terram, & totidem eleuando oculos ad cœlum &c. firmiter credens in his rebus sic ter replicatis consistere sui boni operis efficaciam.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; eo quod superfluum cultum tribuit Deo. p.75.

Per defectum religioni opponitur sacrilegium, tentatio Dei, periurium, symonia, infidelitas, & blasfemia. D. Tho. 2. 2. q. 97. vsque ad 100. inclusivè. pag.75.

ARTICVLVS V.

De alijs vitijs oppositis partibus potentialibus iustitiæ.

Vitia opposita Iustitiæ

Pietati opponitur impietas strictè sumpta, & inordinatus amor parentum.

Obedientiæ, opponitur inobedientia. D. Tho. 2. 2. q.105.

Obseruantiæ opponitur inobseruantia.

Gratitudini opponitur ingratitudo. D. Tho. 2. 2. q.107.

Vindicationi opponitur credulitas.

Veracitati opponitur mendacium. D. Tho. 2. 2. q. 110.

Affe-

Affabilitati opponitur adulatio, & litigium. D. Tho. 2. 2. q. 115. & 116.

Denique liberalitati opponitur auaritia, & prodigalitas. D. Tho. 2. 2. q. 117. 118. pag. 76.

ARTICVLVS VI.

De vitijs oppositis fortitudini, & partibus potentialibus eius.

FOrtitudini opponitur timor, intimiditas, & audacia. D. Tho. 2. 2. q. 125. 126. 127. *Vitia opposita fortitudini.*

Magnanimitati opponitur præsumptio, ambitio, inanis gloria, & pusi lanimitas. D. Tho. 2. 2. q. 130. 131. 132. 133.

Magnificentiæ opponitur paruificen tia. D. Tho. 2. 2. q. 135.

Patientiæ opponitur impatientia.

Denique perseuerantiæ opponitur molities (non illa tamen, quæ est speties luxuriæ) & pertinacia. D. Tho. 2. 2. q. 138. pag. 76.

ARTICVLVS VII.

De vitiis oppositis Temperantiæ, & partibus eius subiectiuis.

Vitia opposita Temperantiæ.

TEmperantiæ opponitur intemperantia, & insensibilitas. D.Tho. 2. 2. q.142. pag. 77.

Abstinentiæ opponitur gula; cuius sunt quinque speties, scilicet, inæpta lætitia, scurilitas, immunditia, multiloquium, & hæbetudo mentis. D. Tho. 2. 2. q.148.

Sobrietati opponitur ebrietas. D.Th. 2. 2. q.150.

Castitati opponitur luxuria; cuius sunt octo filiæ; cæcitas mentis, inconsideratio, præcip tatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, & horror futuri. D. Th. 2. 2. q. 153. Eiusdem etiam sunt sex speties: fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitium contrà naturam. D. Tho. 2. 2. q.154. pag. 77.

AR-

ARTICVLVS Vltimus.

De vitiis oppositis partibus potentialibus Temperantiæ.

Vitia opposita partibus potentialibus Tẽperantiæ.

Continentiæ opponitur incontinentia. D. Tho. 2. 2. q. 156.

Mansuetudini opponitur iracundia. D. Tho. 2.2. q.158.

Clementiæ opponitur crudelitas. D. Tho. 2. 2. q.159.

Modestiæ opponitur imodestia. D. Tho. 2. 2. q.160.

Humilitati opponitur superbia. D. Tho. 2. 2. q.162.

Studiositati opponitur curiositas. D. Tho. 2. 2. q.167.

Eutrapeliæ opponitur scurilitas. D. Tho. 2. 2. q.168. pag.77.78.



TRACTATVS TERTIVS.

De Peccatis.

Redeamus ad p. 2. D. Tho.

QVÆSTIO I.

De natura Peccati.

Correspondet q. 71. D. Tho.

ARTICVLVS I.

An definitio peccati sit rectè tradita.

Definitio Peccati. Resp. SIc: definitio autem est: Peccatum est dictum, factum, vel concupitum contrà legem æternam. Est D. August. lib. 22. contrà Faustum cap. 27.

D. Tho. p. 2. q. 71. art. 6. ad lit. pag. 79.

AR-


ARTICVLVS II.

Vtrum omnia peccata secundum se possint dici contrà naturam.

Resp. SIc: hoc est contrà id, quod conuenit alicui secundum suam naturam. D.Tho.p.2. q.71.a.2. pag.80.

Quomodo peccata sint contrà naturam.

Videatur prop. Dam. ab Alex. VIII. num. 2.



QVÆSTIO II.

De distinctione peccatorum.

Correspondet q. 72. D. Tho.

ARTICVLVS I.

Vndè peccata suam distinctionem desumant.

A quo peccata distinguantur.

Resp. PRimò, & principaliter ab obiecto formali. D. Tho. p. 2. q. 72. art. 1. ad lit.

Secundò à fine, quandò non solum habet rationem terminatiui, sed etiam motiui. D. Tho. p. 2. q. 72. art. 3.

Tertiò à circumstantiis, quandò ipsarum corruptiones à diuersis motiuis proueniunt.

D. Tho. p. 2. q. 72. a. 8. ad lit. pag. 80.

AR-

ARTICVLVS II.

De multiplici diuisione peccati.

PRimò, diuiditur peccatum in originale, & personale. *Diuisio peccatorum.*

Secundò, personale in habituale, & actuale.

Tertiò, actuale in peccatum commissionis, & ommissionis.

Quartò, in carnale, & spirituale.

Quintò, in peccata contrà Deum, contrà seipsum, & contrà proximum.

Sextò, in peccatum cordis, oris, & operis.

Vltimò in mortale, & veniale.

D. Tho. p. 2. q. 72. art. 2. 4. 6. & 7. pag. 81.



QVÆSTIO II.

De distinctione peccatorum.

Correspondet q. 72. D. Tho.

ARTICVLVS I.

Vndè peccata suam distinctionem desumant.

A quo peccata distinguantur.

Resp. PRimò, & principaliter ab obiecto formali. D. Tho. p. 2. q. 72. art. 1. ad lit.

Secundò à fine, quandò non solum habet rationem terminatiui, sed etiam motiui. D. Tho. p.2. q.72. art. 3.

Tertiò à circumstantiis, quandò ipsarum corruptiones à diuersis motiuis proueniunt.

D.Tho.p.2.q.72. a.8. ad lit. pag.80.

ARTICVLVS II.

De multiplici diuisione peccati.

PRimò, diuiditur peccatum in originale, & personale. *Diuisio peccatorum.*

Secundò, personale in habituale, & actuale.

Tertiò, actuale in peccatum commissionis, & ommissionis.

Quartò, in carnale, & spirituale.

Quintò, in peccata contrà Deum, contrà seipsum, & contrà proximum.

Sextò, in peccatum cordis, oris, & operis.

Vltimò in mortale, & veniale.

D. Tho. p. 2. q. 72. art. 2. 4. 6. & 7. pag. 81.



QVÆSTIO III.

De comparatione peccatorum adinuicem.

Correspondet q. 73. D. Tho. in p. 2.

Peccata nõ sunt ad inuicem connexa.

PEccata non sunt adinuicem connexa; immò sunt quandoque ad inuicem contraria. D. Tho. p. 2. q. 73. art. 1. ad lit.

Non sunt paria.

Omnia non sunt paria; quia non consistunt in mera negatione. D. Tho. p. 2. q. 73. art. 2. ad lit.

A quo sorti grauitas desumatur.

Eorum grauitas essentialiter attenditur ex obiecto. D. Tho. p. 2. q. 73. artic. 3.

Desumitur etiam ex virtute, cui opponitur. D. Tho. p. 2. q. 73. art. 4.

Denique desumitur ex circumstantiis, & ideò aggrauantes dicuntur. p. 82. D. Tho. p. 2. quæst. 73. art. 7. 8. 9. & 10.



QVÆ-

QVÆSTIO IV.

De subiecto peccatorum.

Correspondet q. 74. D. Tho. in p. 2.

ARTICVLVS I.

Vtrum peccatum in sola voluntate subiectetur.

Resp. NOn: sed etiam in omnibus potentiis, quæ possunt ad suos actus moueri, vel ab ipsis reprimi per voluntatem. D. Tho. p. 2. q. 74. art. 2. ad lit.

Peccatum non solum subiectatur in voluntate, sed etiam in potentiis.

Diuersimodè tamen; nam in membris externis subiectatur in essendo formaliter; in voluntate verò secundum deformitatem moralem. pag. 83. D. Tho. q. 2. de Malo ad 1. & 3.

Casus I.

Lisimacus ardenter desiderat occidere Paulum: adhibito tamen omni conatu nequit hoc suum desiderium adimplere.

Casus De eo, qui cupit occidere inimicum nec potest.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; quia lex prohibens homicidium non solum prohibet actum externum, sed etiam internum. n. 4.

II.

Casus De eo, qui vinculis alligatus per vim polluitur.

Scipio vinculis alligatus ità vt se defsendere non possit, tentatur, & polluitur per concubinam, ipso rennente, ac dissentiente.

Quæritur an peccet?

Resp. negatiuè: quia actus exterior non imputatur homini ad peccatum, nisi ratione actus interioris. n. 5.

ARTICVLVS II.

An peccatum possit subiectari in ratione, & in appetitu sensitiuo.

Quomodò, & quandò peccatū subiectetur in ratione, & in appetitu sensitiuo.

Resp. SIc: ex D. Tho. p. 2. q. 74. art. 3. & 5. sed diuersimodè; nam in appetitu sensitiuo prout antevertit deliberationem rationis, & dicitur sensualitas non possunt subiectari, nisi peccata venialia; prout verò subest motioni perfectæ, & deliberationi rationis cum consensu voluntatis, pos-

possunt adhuc subiectari peccata mortalia. Ex D.Tho. loc. cit. art.4. per Caietanum. In ratione verò superiori quandò consentit in actum semper subiectatur peccatum eiusdem generis, ac est obiectum actus. Ex eod. D.Tho. vbi suprà art. 7. ad lit. Et denique ratio inferior, si consentiat in delectatione imperfectè, habebit veniale peccatum; si verò perfectè consentiat habebit peccatum iuxtà obiectum, quod respicit, si de re graui mortale, si de re leui veniale; Et tunc in ratione superiori erit peccatum saltem veniale ratione negligentiæ, eo quod poterat cohibere talem consensum, & non cohibuit. Ex D.Tho. vbi suprà art.8. & 9. ad lit.

Actus diuersi quandò conflant vnicum peccatum.

Aduerte, omnes hos actus vnicum conflare peccatum; quod si compleatur per appetitum sensitiuum erit in illo, si per consensum perfectum rationis inferioris in ea remanebit; si denique per deliberationem superioris ad eam ascendet &c. pag.84.

Casus.

Casus De eo, qui commoratur in cogitatione mala cum delectatione?

Bartholomæus insurgente in ipso cogitatione de fornicatione cum aliquali delectatione paulisper immoratur in ipsa; cum imperfecto consensu in tali delectatione.

Quæritur an peccet, & quo peccato?

 Resp.

Resp. peccare venialiter; quia consensus imperfectus rationis inferioris in delectatione sensuali facit solum peccatum veniale.



QVÆSTIO V.

De causis tam internis, quam externis peccatorum.

Correspondet, & continet q. D. Tho. in hac p. 2. à q. 75. vsque ad 81. inclusiuè.

Peccatum habet causam.

SVppono peccatum habere causam tam internam, quam externam. D. Tho. hic q. 75.

ARTICVLVS I.

Vtrum concupiscentia sit causa peccati.

Concupiscentia est causa peccati.

Resp. SIc: indirectè tamen; siuè hæc concupiscentia carnis, siuè concupiscentia oculorum, siuè superbia vitæ. Ad quæ tria etiam reducuntur

tur omnes passiones, quæ sunt causæ peccati. pag. 85.

D. Tho. p. 2. q. 77. per totam, & præcipuè art. 5. ad lit.

ARTICVLVS II.

Vtrum ignorantia ex parte intellectus sit causa peccati.

Resp. SIc: dummodò non sit inuincibilis, aut eorum, quæ talis homo scire non tenetur. pag. 86.

Ignorantia est causa peccati.

D. Tho. p. 2. q. 76. per totam ad lit.

Casus I.

Cneius erroribus Lutheranorum detentus videns ceremonias, & ritus Ecclesiæ Catholicæ dolet de suis erroribus, ac peccatis quærens Doctorem, qui ipsum instruat; sed nullum inueniens suam Germanicam callentem linguam, cum hac efficaci voluntate moritur.

Casus De eo, qui moritur cũ desiderio hæresim relinquendi.

Quæritur, an sit in statu salutis, & gratiæ?

Resp. affirmatiuè, eo quod eius ignorantia, quæ priùs erat vincibilis, & culpabilis, fit inuincibilis, & inculpabilis; vndè dolendo de pecca-

tis, & deteſtando errata gratiam acquirit, ac ſalute. n.6.

II.

Caſus De hæretico optante fidem ineſſicaciter.

Thomas in hæreſi natus, & educatus Italiam petens proponit hæreſim relinquere; intereà ſecum habens concubinam, non vult eam dimittere?

Quæritur an ſit in ſtatu ſalutis?

Reſp. negatiuè; licet enim eius ignorantia fiat inculpabilis, tamen non dolet de peccatis. ibid.

III.

Caſus De ruſtico, ignorante miſteria fidei, qui vadens ad Eccleſiam, vt inſtruatur, occiditur.

Iacobus ruſticus ignorans miſteria fidei ſcitu neceſſaria ad ſalutem, vadens ad Eccleſiam, vt ipſa addiſcat, occiditur in via.

Quæritur an poſſit ſaluari?

Reſp. affirmatiuè; quia eius ignorantia ex propoſito efficaci fit inuincibilis. ibid.

Caſum per vtilem pro Parochis vide in opere &c. pag. 87.

AR

ARTICVLVS III.

Vtrum malitia ex parte voluntatis sit causa per se peccati.

Resp. SIc: quod tunc fit, cum Deus, & creatura in statera constituitur, & ex voluntatis vitio creatura Deo præfertur. D. Tho. q. 78. per totam. *Quãdo malitia sit causa peccati.*

Et qui hoc modo peccat, grauiùs peccat, quam qui ex passione. D. Tho. ibid. art.4. ad lit. p. 87.

Casus.

Caius videns Bertam pulchram mulierem appetit illam; at quia reflectit hoc graue esse peccatum contrà Deum paulisper sistit cogitando; hoc tamen adhuc non obstante accedens ad Bertam fornicatur. *Casus De eo, qui ductus ex malitia, & eo qui ductus ex passione fornicatur.*

Titius pariter videns ipsam Bertam statim insurgente graui stimulo carnis cum ea forn catur.

Quæritur, quis ex ipsis grauiùs peccet?

Resp. Caium graviùs peccare, quã Titium; quia peccat ex malitia; Titius verò ex passione.

AR-

QVÆSTIO VI.

De effectibus peccati.

Correspondet q. 85. D. Tho. in hac p. 2.

ARTICVLVS I.

Vtrum effectus peccati sit diminuere, aut tollere bona naturæ in anima.

Resp. SIc: licet non totaliter: accipiendo bonum naturæ pro inclinatione naturali ad virtutem; quæ impossibile est omninò tolli per peccatum, etiam in damnatis. pag. 90. *Peccatum tollit bonum à natura.*

D. Tho. p. 2. quæst. 85. art. 1. & 2. ad lit.



AR-

ARTICVLVS II.

Vtrum mors, & alii defectus corporales sint effectus peccati.

Quomodò mors &c sint effectus peccati.

Resp. SIc: per accidens tantum. pag. 91.
D. Tho. p. 2. q. 85. art. 5. ad lit.

QVÆSTIO VII.

De reatu culpæ, & pœnæ.

Correspondet q. 86. & 87. D. Tho. in hac p. 2.

ARTICVLVS I.

In quo consistat reatus culpæ, per peccatum in anima productus.

In quo consistat reatus culpæ.

Resp. COnsistere in priuatione decoris gratiæ, & spiritualis pulchritudinis. pag. 92.
D. Tho. p. 2. q. 86. art. 1. & 2.

AR-

ARTICVLVS II.

De reatu pœnæ.

DAri reatum pœnæ consequentem ad peccatum certissimum est; cum ad culpam pœna sequatur. Quænam autem sit ista, & quibus peccatis debeatur, vide apud D. Tho. in hac p. 2. q. 87. per totam. Et in opere: pag. 93. *Reatus pœnæ.*

QVÆSTIO VIII.

De peccato Originali.

Correspondet q. 81. 82. & 83. D. Tho. in hac p. 2.

ARTICVLVS I.

Vtrum debeat poni peccatum Originale.

Resp. SIc: & est de fide: ex Conc. Milleuitano, Arausicano, Aphricano, & dæmum Tridentino Sess. 5. cap. 2. 3. & 4. pag. 85. *Datur peccatum Originale.*

AR-

ARTICVLVS II.

Quomodò peccatum Adæ per generationem traducatur in posteros.

Peccatum Adæ quomodò sit in nobis.

Resp. SVpposita de fide ex eodem Conc. Trid. traductione peccati originalis ab Adam in posteros per generationem, & seminalem propagationem, ipsum peccatum originale aduenit nobis per semen, ex infusione, scilicet, priuationis iustitiæ, quæ in virtute seminis continetur. pag. 95.

D. Tho. p. 2. quæst. 81. art. p. & 3. ad lit.

ARTICVLVS III.

Quomodò peccatum Originale in nobis habeat rationem voluntarii.

Peccatum Originale quomodò in nobis sit voluntarium.

Resp. MOraliter, quatenus voluntas nostra continetur in voluntate Adami ex vi diuini decreti. pag. 96.

D. August. lib. 1. retract. cap. 18.

D. Tho.

D. Tho. hic art. 3. Videatur etiam hoc D. Tho. 4. contra gentes cap. 50. & 52. pag. 96.

ARTICVLVS IV.

In quo peccati originalis essentia consistat.

Resp. FOrmaliter consistere in priuatione justitiæ originalis. pag. 97. *Peccat. Origin. essentia.*

D. Tho. p. 2. q. 82. art. 1. ad lit.



QVÆ-

QVÆSTIO IX.

De peccato habituali personali.

Correspondet a 4. q. 71. a. 2. q. 81. & art. 1. & 2. q. 113. huius p. 2. D. Tho.

ARTICVLVS Vnicus.

Vtrum habitus gratiæ possit stare simul cum habitu peccati mortalis.

Peccatum, & gratia non stant simul.

Resp. QVod peccatum habituale, consistens in illa macula producta in anima per culpam, taliter pugnat cum gratia, vt non solum demeritoriè, sed etiam Physicè expellit illam: immò neque per absolutam Dei potentiam possunt stare simul. pag. 98.

Est D. Tho. q. 71. a. 4. q. 81. a. 2. & q. 113. a. 1. & 2. in p. 2.

QVÆ-

QVÆSTIO X.

De peccato Commissionis, & Ommissionis.

Correspondet præcipuè art. 5. q. 71. D. Tho. in hac p. 2.

ARTICVLVS I.

De peccato Commissionis.

PEccatum commissionis non consistit in mera priuatione; sed in aliquo positiuo. pag. 99.
D. Tho. præcipuè 3. contrà Gentes cap. 7. 8. 9.

Peccatum Commissionis consistit in positiuo.

ARTICVLVS II.

De peccato Ommissionis.

PEccatum Ommissionis per se; & essentialiter non constituitur per aliquod positiuum, sed per merè negatiuum: benè tamen per accidens, & ratione actus adiuncti. pag. 100.
D. Tho. p. 2. q. 71. a. 5. ad iij.

Pecc. Omissionis constituitur per se, per negatiuum, per accidẽs per positiuum.

Casus

Casus I.

Casus De eo, qui deditus ebrietati in ea malum facit.

Pompeius cogonoſcens, multa mala in ebrietate perpetrare, tamen propter hoc vino non parcit; vndè in ebrietate poſitus graue facinus committit, puta clericum occidendo.

Quæritur an peccet, & ſubiiciatur pœnis, ac cenſuris?

Reſp. affirmatiuè; quia licet tunc non eſſet compos ſui, tamen voluntariè ſe expoſuit periculo, ità & taliter, quod ampliùs non eſſet in ſua poteſtate ſe retrahere; undè hoc peccatum dicitur illi voluntarium in cauſa. n.5.

II.

Casus De eo, qui ex nimio affectu ad ſtudium dimittit audire ſacrũ, &c.

Philippus ex nimio affectu ad ſtudium dimittit audire ſacrum die feſto.

Quæritur an eius ſtudium ſit malũ?

Reſp. cum diſtinctione: ſi ſtudium ſit cauſa ommittendi; tunc non ſolum peccat, ſed eius ſtudium eſt malum; ſi autem non ſit cauſa ommittendi; putà ſi iam decreuit non audire ſacrum, & nè maneat otioſus ſtudet; tunc licet peccet non audiendo ſacrum, tamen ejus ſtudium non eſt malum. n. 6.

QVÆ-

QVÆSTIO XI.

De Peccato Mortali, & Veniali.

Correspondet q. 88. 89. D. Tho. in hac p. 2.

ARTICVLVS I.

Quemnam vltimum finem sibi constituat ille, qui peccat mortaliter.

Resp. Constituere sibi prò vltimo fine creaturam virtualiter saltem, & interpretatiuè. pag. 101.
D. Tho. p. 2. q. 1. art. 7. & q. 88. art. 1. ad 4.

Vltimus finis peccantis mortaliter est creatura saltem interpretatiuè.

ARTICVLVS II.

Vtrum peccatum mortale in ratione offensæ contineat malitiam, & grauitatem simpliciter infinitam.

Malitia peccati mortalis in ratione offensæ est simpliciter infinita.

Resp. SIc: quia est offensa Dei. pag. 102.

D. Tho. p. 2. q. 88. & in 3. q. 1. a. 2. ad 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum peccatum mortale ex se, & ex sua malitia intrinseca reatum pœnæ æternæ inducat.

Peccatum mortale ex se facit hominem reũ pœnæ æternæ.

Resp. SIc: quia ex genere suo continet malitiam simpliciter infinitam. pag. 103.

D. Tho. p. 2. q. 87. art. 5. ad lit.

AR-

ARTICVLVS Vltimus.

Quem vltimum finem intendat ille, qui venialiter peccat.

Resp. INtendere bonum proprium, & priuatum, non simpliciter, sed solum in ratione vltimi finis actualis. pag. 103.

Peccans venialiter intendit proprium bonū tantùm in ratione vltimi finis actualis.

D. Tho. p. 2. q. 88. a. 1. ad 2. & 2. 2. q. 24. a. 10. ad 2. &c.

Casus.

Titius, & Andreas existentes in congressu quodam iocoso vna cum mulieribus fabulas narrant amores continentes, & ludicra intrà limites tamen modestiæ, & honestatis. Titius quidem malo animo, vt scilicet inducat amasiam suam ibi existentem ad actus turpes, & inhonestos; Andreas verò solum recreationis causa, & absque vllo malo fine.

Casus De duobus otiosa narrantibus vnus ad malum finem, alter verò recreationis gratia.

Quæritur an ambo peccent, & quomodò?

Resp. Titium peccare mortaliter ex malo fine. Andream verò solum

venialiter ex verbo otioso: licet enim ambo videantur exteriùs idem peccatum committere? tamen ex intentione diuersificantur; vndè vnius actus totaliter avertit à Deo; alterius verò solum diuertit; Primus intendit bonum proprium sensuale simpliciter; Secundus verò solum in ratione vltimi finis actualis.



TRA-

TRACTATVS QVARTVS

De Superbia.

Continet q. D. Tho. in 2.2. q. 37. vsque ad 169. licet non omnes succesſiuè, ſed per ſaltum pro vt infrà citabantur.

QVÆSTIO PRÆAMBVLA

De ſeptem vitiis capitalibus.

ARTICVLVS I.

De vitiorum capitalium quidditate, & nomine.

VItium capitale dicitur illud, quod habet aliquos fines principaliter ſecundùm ſe appetibiles, ad quos aliorum peccatorum fines ordinantur. pag. 104. *Definitio Vitii Capitalis.*

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter diuidantur in septem vitia Capitalia.

Diuisio vitii capitalis.

Resp. SIc; & diuisio est D. Gregorii lib. 31. moralium. p. 105

QVÆSTIO I.

De quidditate Superbiæ.

Correspondet art. 1. 2. 5. 6. 7. 8. q. 162. D. Tho. in 2. 2.

Definitio Superbiæ.

ARTICVLVS I.

Quid sit Superbia.

DEfinitur; quod sit appetitus inordinatus propriæ eccellentiæ. pag. 106.

Est D. Tho. 2. 2. q. 162. art. 1. & deducitur ex D. August. 14. de Ciuit. Dei.

ARTICVLVS II.

De grauitate Superbiæ.

SVperbia ſecundum genus ſuum eſt peccatum mortale ; licet poſſit eſſe veniale quandò non deliberatè procedit. *Superbia de ſe mortalis, quando veniale.*

D. Tho. 2. 2. q. 162. art. 5.

Eſt grauiſſimum peccatorum ex parte auuerſionis. pag. 107. *Grauitas eius.*

D. Tho. ibid. art. 6.

QVÆSTIO II.

De ſubiecto Superbiæ.

Correſpondet a. 3. q. 162. D. Th. 2. 2.

ARTICVLVS I.

Vtrum in vi iraſcibili ſubiectetur ſuperbia, vel potius in voluntate.

Resp. QVod ſi appetitus ſuperbi quærat excellentiam in ali- *Subiectum Superbiæ.*

aliquo bono sensibili tunc superbia subiectatur in irrascibili; si verò quærat excellentiam in bono purè intelligibili tunc subiectatur in appetitu rationali, seu voluntate. pag. 107.

D. Tho. 2. 2. q. 162. art. 3.

Diuersimodè subiectatur in homine, ac in dæmone.

Aduerte, quod superbia in homine est semper in irrascibili; in dæmone autem, in quo appetitus sensitiuus non reperitur, est semper in voluntate, n. 4. pag. 108.

ARTICVLVS II.

De personis, in quibus reperiri potest superbia.

Personæ in quibus superbia reperitur.

IN quatuor personarum generibus reperiri potest superbia, scilicet, in Prælatis, in Religiosis, in Clericis, & in Sæcularibus secundum diuersa pro vt in opere, &c. & explicatur per sequentes casus. pag. 108.

Casus I.

Casus De superiore plùs iusto superbiente.

Sosimus Abbas putans ex meritis suis se esse ad Prælaturam euectum taliter à subditis suis vult obediri, vt magis doleat de transgressione sui mandati, quam de inobseruantia legis; & nolens aliorum consilium audi-

audire, ab aliis reprehendi non suffert.

Quæritur an mortaliter peccet?

Resp. affirmatiuè, quia omnia operatur, quæ in Prælato possunt superbiam inducere. n. 1. pag. 108.

II.

Didacus Religiosus despicit aliorum conuersationem existimans se ipsu super omnes alios, vndè primum locum, & Prælaturas semper appetit, tum propter nobilitatem generis, tum propter scientiam, qua pollet.

Casus De Religioso alios despiciente.

Quæritur an peccet?

Resp. peccare mortaliter; habens in se quidquid potest in Religioso superbiam inducere. n. 2.

III.

Andreas Plebanus videns se in magna æstimatione apud sæculares tumet, siuè serica veste incedat, siuè magna cinctus caterua clericorum ad altare ministret, siuè à multis nobilibus personis accersitus, vt confessiones audiat.

Casus De Parocho in suo ministerio superbiente.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; hæc enim in clerico superbiam inducunt. n. 3.

IV.

Casus De diuite opera charitatis erubescente.

Cicero propter nobilitatem generis sui cæteros despicit, & cum multis affluat diuitiis opera misericordiæ facere erubescit.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; hæc enim in sæcularibus superbiam faciunt. num. 4. pag. 109.

QVÆSTIO III.

De spetiebus, & gradibus Superbiæ.

Correspondet a. 4. q. 162. D. Tho. 2. 2.

Quatuor sunt spetiès superbiæ.

SVppono quatuor esse spetiès superbiæ, nempè; æstimare bonum à seipso habere; æstimare bonum sibi diuinitùs quidem datum; sed pro suis meritis illum accepisse; iactare se habere, quod non habet; & despectis cæteris velle singulariter videri, quod habet. Quo supposito.

ARTICVLVS I.

Vtrum speties superbiæ sint supra rectè assignatæ.

Resp. SIc: cum tot modis possit aliquis appetendo bonum excellens propriam mensuram excedere. pag.109.

Speties superbiæ sunt rectæ assignatæ.

D. Tho. 2. 2. quæst. 162. art. 4. ex D. Greg. 23. Mor.

ARTICVLVS II.

De gradibus superbiæ.

DVodecim sunt gradus superbiæ, scilicet, curiositas, leuitas mentis, inepta lætitia, iactantia, singularitas, arrogantia, præsumptio, defensio peccatorum, simulata confessio, rebellio, libertas viuendi, & consuetudo peccandi; de quibus in seq. D. Tho. 2. 2. q. 162. a. 4. pag. 110.

Duodecim sunt gradus superbiæ.

QVÆSTIO IV.

De vitiis descendentibus à superbia.

Correspondet pluribus quæst. D. Th. 2. 2. quæ singillatim citab.

ARTICVLVS I.

De Ambitione.

Definitio Ambitionis. DEfinitur, quod sit inordinatus appetitus honoris. D. Tho. 2. 2. quæst. 131. art. 1.

Est de se peccatum. De se est peccatum. pag. 111. D. Tho. ibid. ad lit.

Casus I.

Casus De eo, qui ad maiorem sui æstimationem, dignitatem Ecclesiasticam procurat. Petrus habens se pro viro in quolibet genere omni acceptione maiori, omni connatu Episcopatum, vel aliam Ecclesiasticam dignitatem desiderat, vt sic plùs ab hominibus reputetur.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè: peccato scilicet ambitionis; eò quod in se ipso fisus habet pro fine honorem, & non animarum salutem. n. 4.

II.

Sempronius numerosam habens familiam, nec habens, vnde ipsam alat, quærit aliquam sæcularem dignitatem; cum tamen alias ad ipsam subeundam sit idoneus.

Casus De eo, qui in concursu alterius idonei quærit dignitatem sæcularem, vt suos alere possit.

Quæritur an peccet?

Resp. negatiuè; eo quod ex malo fine non operatur; nec suprà se dignitatem quærit. n. 5.

ARTICVLVS II.

De Præsumptione.

DEfinitur; vitium quo quis aggreditur, vel exequitur ea, quæ sunt suprà suam facultatem, & conditionem.

Definitur Præsumptio de se est peccatum.

De se est peccatum. pag. 112.

D. Thò. 2. 2. q. 21. a. 2. & q. 130. art. 1. ad lit.

Casus.

Casus De eo, qui omninò ignarus quærit, & obtinet

Gregorius omninò ignarus publicam quærit lecturam; & tandem fauoribus adiutus ad exclusionem viro-

 rum

exclusis sapientibus publicam lecturam.

rum sapientia pollentium eam consequitur.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè: peccato præsumptionis; quia ea, quæ suas vires superant, attentat.

ARTICVLVS III.

De Curiositate.

Definitio curiositatis

DEfinitur, quod sit inordinatus appetitus cognoscendi ea, quæ nobis non sunt necessaria. D. Tho. 2. 2. q. 167.

Diuisio curiositatis.

Duplex, alia circà cognitionem intellectiuam; alia circà cognitionem sensitiuam. D. Tho. ibid. a. 1. & 2. ad lit. Videatur. pag. 113.

Casus I.

Casus de Parocho inutilia lectitante, alioquin ea nesciente, quæ sunt sui officii.

Gaspar Curatus nesciens ea, quæ ad suum officium spectant, quotidiè libros historiarum, & vana Philosophorum lectitat.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè: peccato curiositatis; quia licet hoc studium de se bonum sit; tamen pro vt in casu, mala circumstantia vitiatur; vndè malum euadit pro vt in iure c. ideò dis. 37.

II.

II.

Pomponius tempore, quo sacra celebrantur in Ecclesia, commoratur in Platea audiens hystriones ridicula narrantes.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè, ex curiositate, & irreuerentia. n.5.

Casus De eo, qui tempore Diuinorum in Platea attētus est hystrionibus.

ARTICVLVS IV.

De temerario iudicio.

DEfinitur, vitium, quo aliquis malè iudicat de alio ex leuibus signis, & causis non sufficientibus ad cognitionem facti. pag. 114.

Definitio Iudicii temerarii.

De se malum est, & peccaminosum; quandoque mortale, quandoque veniale iuxtà grauitatem, vel leuitatem materiæ, de qua iudicat. pag 115.

De se est peccatum.

D. Tho. 2. 2. q.60. art.3. ad lit.

Casus I.

Casus De eo, qui videns Religiosum loquentem, & ridentem cū muliere, de ipso malè iudicat.

Bartholomæus videns quemdam Religiosum cum muliere loquentem; ac etiam cum ea ridentem, iudicat eum obscæna narrare, vt ad turpia prouocet illam. Quæritur an peccet?

Resp.

Resp. peccare mortaliter ex temerario iudicio; quia in re graui leuibus indiciis ducitur ad iudicandum malum de proximo suo.

II.

Casus De ea, quæ malum suspicatur de marito suo ex motiuo graui.

Berta sciens Maritum suum aliquã domum frequentare, aliquam iuuenem edocendi causa; & ab aliquo religioso viro, cui credere debet, certior facta, quod viderit præfatum virum suum nimis domesticè cum tali iuuene tractantem, admonet, immò rogat eum, vt ab accessu ad talem domum desistat; & cum nolit resipiscere malum de Marito suo suspicatur.

Queritur an peccet?

Resp. negatiuè: quia cum indicia sint grauia, licet iudicare non possit, tamen suspitiones auferre non potest. n. 6.

ARTICVLVS V.

De Ingratitudine.

Definitio ingratitudinis.

DEfinitur vitium, quo benefactus non reddit benefactori, quod debet.

Semper est veniale ex

De se semper est peccatum; veniale si fiat ex negligentia, mortale

tale si fiat ex contemptu. pag.115. *negligentia: mortale ex contemptu.*
D. Tho. 2. 2. quæst. 107. per totam ad lit. pag.115.

Casus.

Scipio multis beneficiis à Melchiore affectus ab ipso rogatur, vt in gratiam sui auxilium præstet Titio, eius ope indigenti. At ille benefitiis oblitus negat, se velle Titium adiuuare. *Casus De eo, qui rogatus à suo benefactore, vt auxilium ferat indigenti, renuit hoc facere.*
Quæritur an peccet?
Resp. affirmatiuè, & mortaliter peccato ingratitudinis, quia apertè suum benefactorem contemnit.

ARTICVLVS VI.

De Tentatione Dei.

DEfinitur vitium, quo homo prætermittit facere, quod potest ad pericula euitanda, vel ad aliqua agenda expectans diuini auxilii effectum. *Definitio tentationis Dei*
D. Tho. 2. 2. q. 97. art. 1. ad lit.
Est peccatum, quandò verè Deus tentatur. D. Tho. 2. 2. q. 97. art. 2. ad lit. *Quando sit peccatum.*
Ad videndum autem &c. pag. 116.

Casus I.

Casus De infirmo recusante medicinam ex nimia fiducia in Deum.

Curtius graui morbo affectus non vult medicamenta adhibere ſperans, vt ait, quod Deus eum à tali infirmitate liberabit.

Quæritur an peccet?

Reſp. affirmatiuè; quia tentare Deum conſiſtit etiam in nolle vti cauſis ſecundis ad effectum producendum ordinatis. n. 4.

II.

Casus De ignaro in rebus fidei ſe intromittente.

Sulpitius homo ignarus, licet timoratæ conſcientiæ, frequenter differit cum hebræis, ac hæreticis de rebus fidei; ſperans, vt ipſe dicit, quod ſicuti Deus Apoſtolis rudibus ſuum dedit ſpiritum, ità ſibi ſuum auxilium præſtabit, vt ipſos confundat.

Quæritur an peccet?

Reſp. affirmatiuè; exponit enim, abſque neceſſitate, ſe periculo apoſtatandi, cum fidei detrimento. n. 5.

III.

Casus De infirmo à medicamentis non

Baldaſſar lunga infirmitate detentus, poſtquam videt medicamenta nihil illi conferre ad ſalutem conſequendam,

dam, ipsis dimissis, orationibus incumbit; rogans Deum, & Sanctos, sperans hoc modo, se posse sanum fieri.

sublevato, qui ad orationis confugit.

Quæritur an peccet?

Resp. negatiuè: immò optimè facit, quia adhibitis causis secundis, & ipsis inualidis repertis ad consequendum effectum, licitum est, immò opus pium, ad Deum, & Sanctos recurrere, vt orationibus gratia consequatur.



QVÆSTIO V.

De Inani gloria.

Correspondet q. 132. D. Tho. & multis aliis 2. 2. quæ infrà citab. &c.

ARTICVLVS I.

De Inani gloria.

DEfinitur appetitus innordinatus manifestationis propriæ excellentiæ.

Definitio inanis gloriæ.

De genere suo est mala, & peccaminosa. D. Tho. 2. 2. q. 132. art. 1. ad lit.

De se est peccatum.

Non

Non tamen semper est mortale, sed in triplici casu solum, de quo videatur opus. pag. 117.

Filiæ inanis Gloria.

D. Tho. 2. 2. q.132. art. 3. ad lit.

Multæ eius filiæ, septem, scilicet, positæ à D. Greg. 31. Moralium, & sunt: inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, & præsumptio nouitatum. De quibus in sequentibus.


Casus.

Casus De eo, qui gloriatur in malis operibus.

Cneius in plurium congressu positus in multis malè factis gloriatur, etiam mentiendo, vt vir facinorosus habeatur; putà se multa omicidia, stupra, adulteria, &c. commisisse.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè, & mortaliter, quia in re graui gloriatur, & in eo, quod non debet.



AR-

ARTICVLVS II.

De Inobedientia.

DEfinitur vitium, per quod homo non vult obbedire Deo præcipiente.

Est peccatum mortale si fit cum contemptu præceptorum Dei, & superiorum. pag. 117.

D. Tho. 2. 2. q. 105. art. 1. ad lit.

Definitio innobedientiæ quando fit mortale peccatum.

Casus.

Baptista sciens fratrem suum in magna esse necessitate, & habens vndè ipsi subueniat, hoc renuit facere; immò à viro religioso admonitus, ex præcepto charitatis ad hoc teneri, præceptum contemnit.

Casus De eo, qui præcepto graui non obedit cum contemptu.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè, & mortaliter, quia contemnit, & non implet præceptum charitatis in re graui.

ARTICVLVS IIII.

De Iactantia.

Definitio iactantiæ.

DEfinitur vitium, quo quis verbis se extollit suprà illud, quod est, vel quod homines opinantur de eo.

Quãdonam mortale sit.

Non est mortale, nisi in tribus casibus; quandò scilicet est contrà charitatem Dei, aut proximi, vel procedat ex causa, quæ sit peccatum mortale. pag. 118.

D. Tho. 2. 2. q. 112. a. 2. ad lit.

Casus.

Casus De religioso ignaro se eximium in moralibus iactante.

Serapio vir Religiosus, vt multos pœnitentes habeat, iactat se esse optimum Theologum, & in moralibus ità versatum, vt nullus casus sit, qui non possit ab eo faciliter resolui: cum tamen ab opposito sit ignarus, vndè pœnitentibus plùs nocet, quam prodest.

Quæritur an peccet?

Resp. peccare mortaliter; quia in re graui proximum lædit se gloriando.

ARTICVLVS IV.

De Hypocrisi.

DEfinitur vitium, quo quis simulat se esse bonum, cum tamen de facto sit malus. *Definitio hypocrisis.*

De se est peccatum, licet non semper mortale, nisi intentio hypocritæ feratur simul ad defectum sanctitatis, vel ad alium finem repugnantem charitati. pag. 119. *De se est peccatum. Quandonã sit mortale.*


D. Tho. 2.2. q. 111. per totam ad lit.

Casus.

Lucius vir Religiosus habens in se multa peccata non vult confiteri; tamen simulat se virum sanctum, vt honores consequatur. *Casus De hypocrita Religioso simulante se sanctum.*

Quæritur an peccet?

Resp. peccare mortaliter, quia preuertit ordinem finis sanctitatis.



ARTICVLVS V.

De Contentione.

Definitio contentionis

DEfinitur à D. Ambrosio, quod sit impugnatio veritatis cum confidentia clamoris.

De se est peccatum. Quandonā mortale.

De se est peccatum; aliquandò mortale, aliquandò veniale, prout in opere. pag. 119.

D. Tho. 2.2.q.38. per totam ad lit.

Casus.

Casus De Iurisperito causā cauillationibus protrahente.

Angelus Doctor in iure, vt suum principalem conseruet, quantum potest indemnem multas cauillationes iuris adinuenit, vt Iudex ad sententiam non deueniat; maximis clamoribus suum aduersarium confundere conatur, vt sic ad expeditionem causæ non deueniatur.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè, & grauiter; quia licet ordo iudiciarius permittatur, non tamen licitæ sunt protractiones cum notabili damno proximi.

AR-

ARTICVLVS VI.

De Pertinacia.

DEfinitur ex D. Isidoro, quod sit vitium, quo homo in propria sententia perseuerat plusquam oportet. *Definitio Pertinaciæ.*

De se est peccatum; aliquandò mortale, aliquandò veniale secundum qualitatem materiæ. pag. 120. *De se est peccatum. Quandoque mortale.*

D. Tho. 2. 2. q. 138. art. 2. ad lit.

Casus.

Constantius suo iudicio plùs iusto fisus tam firmiter suis opinionibus adhæret, vt nullo modò possit ab ipsis dimoueri, nullius sententiæ acquiescens, vndè sæpè sæpiùs in errorem prolabitur. *Casus De eo, qui nimiùm suis opinionibus adhæret.*

Quæritur an peccet?

Resp. affirmativè; hoc autem spectat ad vitium pertinaciæ, quæ viam parat ad hæresim.

ARTICVLVS V.

De Contentione.

Definitio contentionis

DEfinitur à D. Ambrosio, quod sit impugnatio veritatis cum confidentia clamoris.

De se est peccatum. Quandonã mortale.

De se est peccatum; aliquandò mortale, aliquandò veniale, prout in opere. pag. 119.

D. Tho. 2.2.q.38. per totam ad lit.

Casus.

Casus De Iurisperito causã cauillationibus protrahente.

Angelus Doctor in iure, vt suum principalem conseruet, quantum potest indemnem multas cauillationes iuris adinuenit, vt Iudex ad sententiam non deueniat; maximis clamoribus suum aduersarium confundere conatur, vt sic ad expeditionem causæ non deueniatur.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè, & grauiter; quia licet ordo iudiciarius permittatur, non tamen licitæ sunt protractiones cum notabili damno proximi.

AR-

ARTICVLVS VI.

De Pertinacia.

DEfinitur ex D. Isidoro, quod sit vitium, quo homo in propria sententia perseuerat plusquam oportet. *Definitio Pertinaciæ.*

De se est peccatum; aliquandò mortale, aliquandò veniale secundum qualitatem materiæ. pag. 120. *De se est peccatum. Quandonã mortale.*

D. Tho. 2. 2. q. 138. art. 2. ad lit.

Casus.

Constantius suo iudicio plùs iusto fisus tam firmiter suis opinionibus adhæret, vt nullo modò possit ab ipsis dimoueri, nullius sententiæ acquiescens, vndè sæpè sæpiùs in errorem prolabitur. *Casus De eo, qui nimiùs suis opinionibus adhæret.*

Quæritur an peccet?

Resp. affirmativè; hoc autem spectat ad vitium pertinaciæ, quæ viam parat ad hæresim.

ARTICVLVS VII.

De Discordia.

Definitio discordiæ.

DEfinitur vitium, quo quis voluntati alterius de bono divino, aut humano, cui debet consentire scienter, & ex intentione contrariatur.

Quandonā mortale.

Est peccatum, aliquandò mortale, & aliquandò veniale provt in opere, &c. pag. 121.

D. Tho. 2.2. q.37. art.1. ad lit.

Seditio definitur.

Sub ipsa continetur seditio veluti species sub genere, & defin tur à D. Isidoro, quod sit illa, quæ dissensiones animorum facit, & discordias gignit.

Est mortale ex se.

Ex genere suo est peccatum mortale, inter mortalia ab Apostolo ad Galatas c.5. numerata. D. Tho. 2.2. q.42. art.2. ad lit. pag. 121.

Casus.

Casus de Religioso, qui alteri contrariatur in rebus ad cultum diuinū.

Barnabas Presbyter contrariatur compræsbytero suo in his, quæ spectant ad divinum cultum, vndè sæpè sæpiùs impedit functiones Ecclesię cum magno popnli scandalo.

Quæritur an peccet?

Resp. peccare mortaliter, quia discordat in re magni momenti cum graui proximi damno.

ARTICVLVS Vltimus.

De præsumptione Nouitatum.

DEfinitur, quod sit vitium, quo quis in actibus exterioribus aliquid inconsuetum facit sinè rationabili causa.

Definitio præsumptionis nouitatum.

Est peccatum, quod in pluribus reperitur, sed præcipuè in ornatu mulierum; de quo D. Tho. 2. 2. q. 169. art. 2. ad lit. pag. 121.

Casus I.

Birgita nobilis mulier nimio cultu vestium dedita cum magno familiæ suæ detrimento semper noua quærit, & de hoc admonita non vult rescipiscere prætendens statu suo hoc esse debitum.

Casus De muliere nimio cultu vestium dedita.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè, & mortaliter propter familiæ suæ grave detrimentum. n. 3.

II.

Casus De muliere sinu discooperto incedente.

Barbara degens in regione, vbi vſus inualuit, quod mulieres diſcooperto ſinu incedant, etiam ipſa ſic procedit, quamuis cognoſcat ex eo incitamentum ad libidinem pluribus conferre.

Quæritur an peccet?

Reſp. affirmatiuè; quia in malis non debemus aliis conformari.

III.

Casus De muliere fucis vtēte.

Dorothea ex infirmitate nimis pallida effecta, vtitur fucis, vt viro ſuo placeat.

Quæritur an peccet?

Reſp. negatiuè; licet enim iſtorum vſus abſolutè ſit malus; tamen ex bono fine ſit bonus, dummodò tamen ſit factus cum moderatione, abſque mala intentione, & ſinè periculo ſcandali, quod eſt difficile. n.4. pag.122.

TRA-

TRACTATVS QVINTVS

De Auaritia.

De hac agit D. *Tho.* 2. 2. *q.* 118. *& alibi, &c.*

QVÆSTIO I.

De essentia Auaritiæ.

Correspondet prædictæ q. 118. *D. Th.* 2. 2.

ARTICVLVS I.

De quidditate Auaritiæ.

DEfinitur, quod sit innordinatus amor habendi pecunias, vel possessiones, aut diuitias. pag. 123. D. Tho. 2. 2. q. 118. art. 2. ad lit. *Definitio Auaritiæ.*

ARTICVLVS II.

Vtrum, & quomodò auaritia sit peccatum.

De se est peccatum. Quandonam mortale.

DE se est peccatum, tunc solum mortale quandò opponitur iustitiæ, lædendo proximum notabiliter; vel alias præferatur charitati. p.123.

D. Tho. 2. 2. quæst. 118. art. 1. & 4. ad lit.

Casus.

Casus De eo, qui summoperè studet cumulare diuitias.

Lazarus magno ardens desiderio cumulandi diuitias, animo semper est paratus facere contrà legem Dei, & charitatem proximi, ut eas consequatur.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; immò semper est in continuo peccato mortali propter malam animi dispositionem.

AR-

ARTICVLVS III.

De grauitate auaritiæ, & quomodò sit vitium capitale.

NOn est omnium peccatorum maxima, nisi secundum quid, quatenùs appetitus hominis per eam subiicitur bono infimo, idest rebus exterioribus. D. Tho. 2. 2. q. 118. art. 5. ad lit.

Grauitas Auaritiæ. Est maxima omnium peccatorum secundum quid.

Est vitium capitale, si strictè summatur, idest prout consistit in appetitu pecuniæ. D. Tho. 2. 2. q. 118. a. 7. ad lit.

Strictè sumpta est vitium capitale.

Ab ipsa multa vitia oriuntur posita à D. Tho. hic art. 8. & alia quæ sequenti &c.

Est origo plurium vitiorum.



QVÆSTIO II.

De vitijs ab auaritia descendentibus.

Ab Auaritia oritur iniustitia.

PRimum est iniustitia in iudicio, quæ prouenit ab auaritia, si propter cupiditatem pecuniæ, Iustitia corrumpatur; quod si fiat cum damno notabili proximi, vltrà quod est peccatum mortale tenetur iniustitiam faciens ad restitutionem.

In pluribus reperitur; vt in iudice, Advocato &c. de quibus vide D. Tho. 2. 2. à q.67. vsque ad q.71. pag.124.

Ab auaritia nascitur acceptio personarũ.

Secundum est acceptio personarum, quæ ad auaritiam spectat, quandò propter pecuniam, vel aliud prætio appetibile potiùs fauetur huic, quam alteri; quod si fiat cum notabili damno pariter vltrà peccatum mortale obligat ad reintegrationem damni.

Videatur de hac D. Tho. 2.2. q. 63. per totam. pag. 125.

Casus De conferente officiũ in inhabilem personã propter spẽ lucri.

Casus.

Leo Principis familiaris vacante aliquo officio conatur, ob spem notabilis lucri, collocari in persona inhabili, quod

quod à Principe ad sui petitionem exequitur.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; immò si hoc esset cum notabili damno alicuius teneretur ad restitutionem. n.2. p.125

Tertium est sacrilegium cum scilicet aliquis quodlibet sacrum ledit ob suum interesse; sed de hoc infrà &c. *Ab Auaritia oritur sacrilegiu.*

Quartum est proditio, quæ sic potest describi: quod si quædam deceptio facta contrà proximum in damnum rerum, vel personæ, aut manifestando secreta. Et spectat ad auaritiam, si hoc propter pecuniam fiat. *Ab Auaritia oritur perditio, qua definitur.*

D. Tho. 2. 2. q. 118. a. 8. in corp. ad lit.

Casus I.

Casus De eo, qui prodit quẽdam suis inimicis hunc ipsum quærẽtibus ad interficiendum.

Bertoldus videns plures viros armis instructos quærere Saulum ob inimicitias occultatum, ab ipsis interrogatus de loco, vbi commorare solet; cum nouerit, de hoc ipsos certiores facit; vndè ab ipsis captus occiditur.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; eo quia Saulum prodiendo, ipse est in causa talis homicidij. n. 3.

II.

Casus de Parocho denegante publicè Eucharistiam sibi subiecto peccatori occulto

Marcus curatus sciens curæ suæ subditum habere delictum occultum, cum videat ipsum ad Eucharistiam accedere publicè denegat Sacramentum.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè ex iure d. 6. q. 2. c. si tamen; & eo magis, si crimen nouerit in Confessione, & tunc verè dicitur criminis proditor. Extra de pœnit. & remiss. c. omnis.

III.

Casus De eo, qui dolosè perlegit literas sui inimici, ut illius mētem deperiat.

Bartholomæus videns hominē aggrestem literas Polibio inimico suo deferentem, fingens, se esse eius intrinsecum, dolo rapit literas, easque apertas legit, vt inimici secreta dignoscat.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmativè; dummodò tamen hoc non faceret ad cavendas inimici insidias, & nullo alio fine; tunc enim forsan excusabitur à peccato.

IV.

Casus De eo, qui clam admonet Princi-

Seuerus detecta coniuratione contrà Principem, aut Rempublicam de hac secretò admonet eos,

eos, vt ab imminenti periculo possint sibi cauere. *pem, vel Rempublicam de imminēte coniuratione.*

Quæritur an peccet?

Resp. negatiuè: immò ad hoc tenetur ex iure d. 23. q. 3. c. ostendit: & d. 83. per totam: & d. 22. q. 5. c. hoc videtur.

Quintum est inhumanitas, quæ tunc incurritur, cum homo hominem se esse quasi oblitus alienæ miseriæ non se æstimat participem. *Ab auaritia oritur inhumanitas.*

Est peccatum, & quidem mortale, quandò in articulo necessitatis quis potest alteri subuenire, & non vult. pag. 125. *Quādonam sit mortale.*

D. Tho. 2. 2. q. 118. a. 8. in corp. & ad 3. ad lit.



ARTICVLVS Vltimus.

Quos, & quandò obliget præceptum dandi eleemosinam.

Christus præcepit eleemosinā. Opinio circà superfluum statui damnatur.

DAtur præceptum Christi Lucæ 11. vers. 41. *Quod superest da eleemosinam.*

Est opinio damnata ab Innoc. XI. n. 12. Vix in sæcularibus inuenies, etiam Regibus superfluum statui; & ità vix aliquis tenetur ad eleemosinam; quandò tenetur ex superfluo statui.

Peccat mortaliter non succurrendo cùm possit in extrema, vel gravi necessitate.

Quandò in egente adest necessitas vel extrema, vel gravis tunc peccat mortaliter, qui habens superflua non subuenit illi.

D. Tho. in 4. d. 15. q. 2. a. 1. quæstiuncula 4. & eod. a. 1. ad 4. ad lit.

Tunc verò solùm venialiter in communi tantum necessitate.

Quandò verò est necessitas solum communis tunc solum peccat venialiter qui superflua non tribuit; dummodò hoc non faciat in contemptum præcepti; aliquandò enim, & alicui dare tenetur. pag. 126. 127.

D. Tho. quodlib. 8. a. 12. ad lit.

Ca-

Casus I.

Baldassar habens quidquid est illi necessarium aduictum, & vestitum, ita vt viuere possit commodè; licet non lautè, nec condecenter ad statum suum; videns pauperem extrema necessitate laborantem ei non subuenit.

Casus De habente solùm ea, quibus cōmodè viuat licèt non cōdecenter ad suum statū & extremè indigenti non succurrente.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; & mortaliter; dummodò tamen ex hac subuentione pauperis ipse in necessitatem non caderet: supponit enim casus, quod possit sibi prouidere quantum ad necessitatem naturæ, & pauperi extremæ laboranti; in quo supposito si hoc non faciat peccat peccato homicidii, iuxtà illud: *Si non pauisti occidisti.*

II.

Pomponius habens superflua tam naturæ, quam statui, licet non multa, videns pauperem graui necessitate laborantem, ei non subuenit.

Casus De habente superflua etiā quoad statum, & grauiter indigenti non subueniēte.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè, & mortaliter; si appareant signa probabilia extremæ necessitatis futuræ. Sunt verba D.Th. in 4. d.15. q.2. a.1. ad 4.

III.

Casus De habente multa superflua, & nunquam petentibus eleemosinā erogante.

Sulpitius diues habens multa superflua nunquam pauperibus eleemosinam petentibus tribuit; pauperes tamen sunt communiter mendicantes, nec graui, neque extrema necessitate laborantes.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè, contrà præceptum Christi, & mortaliter; quia licet non teneatur ex hoc præcepto omnibus dare, nec huic; tenetur tamen distribuere secundum quod sibi visum fuerit. Sunt verba D. Th. quodlib. 8. art. 12.

IV.

Casus De valdè diuite, qui negligens est in danda eleemosina.

Ptolomæus valdè diues est negligens in danda eleemosina, nec omnibus petentibus tribuit cum possit; sed solum aliquibus, & aliquandò,

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; venialiter tamen ratione negligentiæ, & tepiditatis in danda eleemosina. n. 5.

V.

Casus De eo, qui subuenit grauiter indigent mutuando.

Curtius videns pauperem graui necessitate laborantem mutuat illi cum pacto restitutionis, si fiat ditior.

Quæ-


Quæritur an per hoc satisfaciat præcepto, & à peccato liberetur?

Resp. affirmatiuè ex D.Th.quodlib. 5. a. 17. ad 2. vbi ait: vnusquisque tenetur ad liberandum proximum à morte secundum suum conditionem, & modum: & hoc quidem conuenienter impleuit ille, qui pecuniam mutuauit; non autem tenebatur donare in casu, quo ille poterat per mutuum liberari. Hæc ille.

Videas lector, quam falsò D.Tho. attribuatur opinio damnata suprapo-sita.

Sextum vitium ab Auaritia proueniens est inquietudo mentis, seu nimia sollicitudo circà temporalia, quæ prohibetur à Christo Matt.6. *Nolite solliciti esse &c.* per quod non prohibetur nobis labor ad temporalia procuranda, sed solum nimia anxietas, vt ait D. Hieronymus. At quia hoc vitium præcipuè reperitur in his; qui contractus faciunt; ideò sit.

Ab auaritia oritur nimia sollicitudo circa temporalia.



TRA.

TRACTATVS SEXTVS.


De Contractibus.

Continet q. 77. & 78. D. Tho. in hac 2. 2.

QVÆSTIO I.

De Contractibus in communi.

Ethymologia Pecuniæ. PEcunia dicitur à Pecu, & importat quidquid homines possident vt veri domini; sic dicta, quia quidquid antiqui possidebant omne in pecoribus habebant. Ex D. August. relato c. totum 1. q. 3.



AR-

ARTICVLVS I.

De eſſentia contractus in communi.

DEfinitur primò: quod ſit vltrò, citròque obligatorius ex conſenſu, & voluntate partium conſurgens. Iuriſtæ l. labeo, ff. de verb. ſign.

Definitiones contractus in communi.

Secundò, quod ſit actus externus inter duos, vel plures celebratus pariens ex illorum conſenſu obligationem. D. D. morales comm. pag. 129.

Caſus I.

Caſus De Principe grauibus minis cogente ſubditum ad venditionẽ prædij.

Princeps quidam optans prædium ſui ſubditi comminatus illi carcerem, & mortem cogit illi vendere prædium.

Quæritur an huiuſmodi Contractus ſit validus.

Reſp. negatiuè: quia fit per metum cadentem in conſtantem virum. num. 3.

II.

Caſus De viro nobili, qui præcipit alicui rem propriã vendere.

Quidam Marchio optans Domum Petri, vocans eum, illi præcipit, vt domum ſuam vendat; quod & facit timens ipſum.

Quæ-

Quæritur an Contractus ſit validus?

Reſp. affirmatiuè; quia licet contineat aliquam coactionem, tamen plùs habet de voluntario, quam de inuoluntario.

III.

Caſus De eo, qui promiſſionē de vendendo ſibi fictè datam hāc ipſam minis ratificatam obtinet.

Serapio indiget domo Sempronij. Ipſo vocato, rogat eum, vt domum vendat. Sempronius, vt beneuolum ſibi Serapionem reddat fictè promittit. Poſteà non vult ſtare promiſſis; vndè Serapio minis facit eum promiſſionem ratificare.

Quæritur an promiſſio teneat.

Reſp. affirmatiuè: licet enim à principio Sempronius non habuerit voluntatem ſe obligandi neceſſariò requiſitam in Contractibus, eam tamen habuit ex poſt.

IV.

Caſus De eo, qui vendit ruſtico aurichalcum pro auro.

Bernardus vendit ruſtico nummū ex auricalco efformatum pro nummo aureo; non tamen prætio valoris nummi aurei, licet maiori auricalchi.

Quæritur an Contractus teneat?

Reſp. negatiuè; quia in ipſo adeſt error circà ſubſtantiam rei.

V.

V.

Baldassar emit à Titio filio familias triticum minoris, quam valet. *Casus De eo, qui emit à filio-familias.*

Quæritur an Contractus sit validus?

Resp. negatiuè: quia filii familias non possunt contractus facere.

VI.

Pupillus sub cura Tutoris existens facit contractum sibi valdè proficuum. *Casus De Pupillo faciente contractum utilem.*

Quæritur an valeat?

Resp. affirmatiuè; quia lex facit contractum in fauorem pupilli claudicare. l. si curator de auct. Tut. & l. Pupil. de acq. rerum dom.

ARTICVLVS II.

De diuisione contractus.

OBligatio est vinculum, quo necessariò quis adstringitur ad aliquid dandum, faciendum, vel patiendum. l. p. ff. de pactis. *Definitur obligatio.*

Est triplex naturalis, ciuilis, & mixta, scilicet, & naturali, & ciuili. *Diuiditur obligatio.*

Quo posito.

Diuiditur primò contractus in nomina-

Variæ diuisiones contractus.

nunatum, & innominatum. De se patet.

Secundò in bonæ fidei, & ſtricti iuris. Primus non includit omnes iuris ſolemnitates, benè tamen ſecundus.

Tertiò diuiditur in pactum nudum, & veſtitum. Primus includit ſolam promiſſionem: Secundus verò includit aliquid aliud, putà rerum traditionem, &c.

Quartò in onerosum, & lucratiuum. Primus obligat ex vtraque parte: Secundus verò ex vna tantum; vt liberalis donatio, &c. Multas alias diuiſiones vide in op. pag. 131.

Contractus conditionatus valet, dummodò conditio ſit honeſta, & poſſibilis; & tunc ſuum valorem conſequitur, quandò conditio adimpletur. l. potior, ff. qui potior in pign.

Casus I.

Casus De eo, qui promittit inire matrimonium cū conditione dotis determinata.

Tindarus promittit Sulpitio, ſe ducturum eius filiam in vxorem, dummodò cum ad ætatem congruam peruenerit habeat 1000. aureos pro dote.

Quæritur an promiſſio obliget verificata conditione?

Reſp. affirmatiuè; quia contractus conditionatus obligat, verificata conditione. n. 5.

II.

II.


Cneius Barbaræ Patruus reliquit illi 100. aureos, si non nubat; quo mortuo ipsa primas nuptias celebrat.

Casus De eo, qui summã aureorum relinquit alicui nõdum nuptæ hoc pacto si non nubat.

Quæritur, an illi debeantur 100. aurei?

Resp. affirmatiuè; quia conditio, si non nupserit antè primas nuptias interpretatur in fauorem matrimonii pro primis nuptijs. l. Titiæ, ff. de condit. & demost.

Idem est de conditione, si nupserit pro virgine ingrediente Monasterium. §. sed & hoc auth. de sanct. Episc. col. 9. quidquid dicant alii.



QVÆ

QVÆSTIO II.

De Contractibus in particulari, & primò de emptione, & venditione.

Correspondet q.77. D.Tho. in 2.2.

ARTICVLVS I.

De essentia, & quidditate emptionis.

Definitio emptionis.

DEfinitur, contractus, qui mutuo consensu perficitur, & vltrò, citròque emptorem, & venditorem obligat; ità vt emptor obligetur ad tradendum prætium pro merce, & venditor ad tradendas merces pro prætio. l. p. ff. de contrah. empt. pag. 131.

Casus De mercatore per literas acceptante contractum.

Casus I.

Curtius mercator admonitus, vt accedat ad aliquam Ciuitatem, in qua multæ sunt merces exprimendo literis admo-

admonitionis eorum prætia. Curtius tunc impeditus rescribit, & acceptat tales merces prætio assignato, promittens tali tempore mittere, vel personaliter pergere ad soluendum prætium, & recipiendam mercem.

Quæritur an hujusmodi contractus sit validus?

Resp. affirmatiuè: consensus enim expressus per literas, vel per Procuratorem sufficit ad substantiam contractus.

II.

Casus De vendente triticum ducendum propriis expensis ad locum emptoris.

Bertoldus emit à Sempronio 100. modios tritici ducendum Venetijs sumptibus, & periculo ipsius Sempronij. Triticum per naufragium perit.

Quæritur, cui pereat?

Resp. Sempronio: licet enim communiter periculum stet apud emptorem. l. necess. in princ. ff. de peric. & com. rei vend. Tamen si de hoc fiat pactum, stat etiam apud venditorem.

III.

Casus De vendente prædium absque determinatione nec prædii, nec pretii.

Bartholomæus in ludo indigens pecunia mutuat à Baldassarre centum aureos promittens illi vendere prædium, quanti valuerit.

Quæ-

Quæritur an contractus venditionis valeat?

Resp. negatiuè: quia ad emptionis validitatē necessariò requiritur, quod constituatur certa res, & prætium. Inst. tit. de empt. & l. si merces in princ. ff. loc. Tenetur tamen Bartholomæus restituere Baldassarri, quæ sibi commodauit.

I V.

Casus De perito emente pretiosam gemmam de manu ignari.

Negotiator gemmarum emit prætiosam gemmam de manu rustici illam non cognoscentis vili prætio.

Quæritur an emptio sit valida?

Resp. negatiuè: non enim est rustico voluntaria ex ignorantia: vndè tunc emptor, si vellit sibi gemmam retinere, debet compensare damnum vltrà pactum, si sit notabile. D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 1.

Casus De emptore, & venditore prætiosæ gemmæ de valore eius ignaris.

Sed quid si vterque qualitatem margaritæ ignoraret?

Resp. quod tunc emptio est licita; eò quia vterque committit se fortunæ: Bart. in l. quis sit, §. apud Labeon. ff. de ædi. edic. Card. in Clem. 1. § fin. opp. 3. de vsur. &c.

Casus De perito à rustico emēte prætiosam gemmā cum protestatione de donato.

Quid denique, si negotiator dicat rustico, quod vult bona conscientia posse retinere quidquid pluris valeret, habens pro donato si amplius est?

Resp. quod tunc videtur, quod non iniu-

iniustè emat; quia excusatur, qui alium lesit, quandò ei remissa est iniuria ab eo, qui spontè damnum passus est, & habet facultatem condonandi. D. Anton. 2. p. tom. 2. cap. 1. in princ. Nauar. in Man. cap. 17. n. 75. & cap. 23. n. 37.

Dixi videtur; quia si negotiator dolo caperet Rusticum pluribus conditionibus suam protestationem exprimens, tunc meo videri, non est voluntaria remissio. *Quid si sic protestans deciperet Rusticum?*

V.

Casus De perito parui emẽte equum decipiendo venditorem

Manescalcus emit equum à plebeo eius qualitates ignorante paruo prætio; decipiendo eum, & dicendo, equum quamprimum defectuosum futurum.

Quæritur an contractus valeat?

Resp. negatiuè: ex defectu rei, & dolo. D. Tho. 2. 2. quæst. 77. art. 2. & 3.

V I.

Casus De diuite emente triticum à rustico minoris quàm va-

Pomponius emit tempore Verno triticum à Rustico illi daturum in Autumno minori prætio, quam tunc valebit ex rustici indigentia.

Quæritur an contractus valeat?

Resp.

let ex anticipata solutione. Resp. negatiuè: quia pro anticipata solutione non potest quis rem minoris emere, quam valet. c. Nauigant. c. Ciuit. de Vsura.

VII.

Casus De vendente rem plus quàm valet cum pacto retrouenditionis minori prætio.

Franciscus vendit Sempronio pallium prætio aureorum decem, cum pacto, quod statim ei retrouendatur nouem aureorum prætio.

Quæritur an contractus bonus?

Resp. contractum esse vsurarium, & malum: c. illa vos de pignoribus. De quo fusiùs infrà &c.

VIII.

Casus De tradente arrham pro parte prætii

Petrus emit à Paulo fundum; & in contractus stipulatione tradit arrham eam pro parte prætii computando.

Quæritur an contractus possit dissolui?

Resp. negatiuè; quia cum pars prætij iam sit soluta, res non est integra: l. vnica, C. quandò licet ab empt. disced.

Casus de tradente arrham nomine arrhæ qui vult re-

Sed quid si Petrus tradidit arrham solum nomine arrhæ, & velit à contractu discedere?

Resp.

Resp. quod tunc si vellet discedere à contractu perdet arrham, vtpotè emptor; quod si esset venditor, qui iam arrham recepit ille, qui vellet discedere, tunc arrham reddet in duplum. §. in ijs Instit. de emption. & vendit. *cedere à contractu.*

ARTICVLVS II.

De essentia, & quidditate Venditionis.

DEfinitur contractus bonæ fidei, qui mutuo consensu perficitur, & vltrò citròque emptorem, & venditorem obligat, ità vt venditor obligetur ad tradendam mercem pro pretio, & emptor ad tradendum pretium pro merce. *Definitio venditionis.*

Casus.

Titius sciens tempore Verni semper magnam Tritici esse caritatem in Vrbe, tempore Autumni emit totum frumentum, quod reperit in Ciuitate, vt tunc cariùs vendat.

Casus De eo, qui in Autumno emit totum triticum in Ciuitate repertum, vt cariùs vendat in hyeme.

Quæritur an hoc tuta conscientia facere possit?

Resp. negatiuè; quia in hoc est monopolium prohibitum, l. vnica, C. de

Monop. quia est communis libertatis offensiuum; vndè quantum de pretio augebit vltrà pret um consuetum tantum iniquitatis apponetur ex Monopolio. Innoc. in c. signif. de pig. Et ideò debet puniri, l. 2. ff. ad l. Iul.

Casus De eo, qui ex aliena Ciuitate reducit triticum vt cariùs vendat in sua.

Secùs tamen si in regionem aliam pergeret, vbi vili pretio venditur triticum, & ad Ciuitatem reduceret, vt sic magis abbundaret: hoc enim non est Monopolium, & ideò potest cariùs vendi, quam fuit emptum.

ARTICVLVS III.

De quibusdam emptioni, ac venditioni communibus, scilicet, de rebus, personis, ac pretio in ipsis interuenientibus.

Vtilitas emptionis, & vendit.

EMptio, & venditio sunt introductæ pro communi vtilitate. D. Tho. 2. 2. q 77. art. 1.

Spiritualia p r se emi non possunt.

Primò Spir tualia per se emi nõ possunt absque simonia, & sacrilegio, l. sancimus, C. de sacros. Eccles.

Ca-

Casus.

Sempronius Abbas in magna necessitate sui Monasterii vasa aurea, & argentea suæ Ecclesiæ, vt Monacis subueniat, vendit:

Casus De Prelato vasa Ecclesiæ vendente, vt Monacis subueniat.

Quæritur an peccet?

Resp. negatiuè; quia licet emi, aut vendi non possint reduplicatiuè, vt spiritualia, benè tamen, vt materialia, dummodò adsit necessitas, & nou adsit contemptus. pag. 133.

D. Tho. 4. sent. d. 25. q. 3. art. 1. ad lit.

Secundò, Templum vendi non potest absque Principis licentia, l. Sancimus, C. de Sacros. Eccles.

Quæ de se vendi non possunt.

Tertio, res defuncti emi non possunt ab executore Testamenti, l. non licet, ff. de contrahend. empt.

Quartò, Tutores, & Curatores non possunt emere rem pupilli, vel minoris, l. cum ipse, ff. de contrahend. empt.

Quintò, res publicæ, vt forum, via non possunt vendi à priuata persona, l. sed Cels. C. de contrahend. empt.

Sextò, homines liberi vendi non possunt, l. si in emptionibus, ff. de contrahend. empt.

Septimò, offitia publica licet vendi possint, tamen vendi non debent pro-

ptèr inconuenientia. D.Tho. in op. ad Ducifs. Brabantiæ.

Octauò, venena, nisi ad medicinam preparata, l. qui sæpè, ff. de contrah. empt.

Casus.

Casus De eo, qui duobus vendit fundum ab vtroque recipiente pecuniam.

Pomponius postquam vendidit fundum Sempronio ad annuum censum, eundem pariter vendit Paulo; ab vtroque pecuniam recipiens. Hoc detecto.

Quæritur, cui sit dandus fundus?

Resp. Sempronio, vtpote cui primò fuit venditum; & tunc Pomponius tenetur pecuniam restituere Paulo, l. quoties, C. de rei vend. Videatur Iason ibid.

Casus De eo, qui duobus vendit fundum & secundus emptor est in actuali eius possessione.

Sed quid si Paulus iam in possessione fundi sit positus per realem emptionem?

Resp. quod tunc eius erit; quia tutior par est possidentis: & tunc Pomponius pæcuniam restituet Sempronio. n. 14. pag 134.

AR-

ARTICVLVS IV.

De iusto rerum pretio.

DEfinitur illud, quod à iustitia commutatiua assignatur secundum æstimationem prudentum in valorem rei vendendæ. *Definitio iusti pretii.*

Triplex Pium, discretum, & rigidum, seu maius, medium, & infimum. pag. 134. *Eiusdem diuisio.*

Casus I.

Casus De eo, qui asseruat in hyeme panum carius vendendum.

Titius habens panum asseruat eum pro hyeme, vt carius vendat, quam quod in introductione fuit à peritis æstimatum.

Quæritur an peccet?

Resp. negatiuè: immò prudenter facit; & tunc si sit illius magna caritas, potest ipsum vendere, quantum potest. l. p. §. si hæres, ff. ad Treb. & c. in Ciuitate extra de restit.

II.

Casus De eo, qui ex necessitate vendit picturam minoris, quam valet

Cicero habens picturam magni valoris ex necessitate offert eam pictori, qui ipsam emit minoris, quam valet.

Quæritur an Contractus sit validus?

Resp. affirmatiuè: quia res, quæ ab æstimatione dependent spontè oblatæ vilescunt.

III.

Casus De Domino vendente rem pluris, quàm valet, quia sibi est necessaria, & nollet ea priuari.

Princeps mittit ad aliquam Ciuitatem ad emendos equos, qui cum sint necessarii domino pluris venduntur, quam valent.

Quæritur an Contractus sit validus?

Resp. affirmatiuè: quia dominus non solum vendit rem, quam commodum.

Videatur de his D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 1. & 4.

IV.

IV.

Raymundus Mercator vendit panum cariùs Baldassarri Verno tempore, quia debet pecuniam expectare vsque ad ætatem.

Casus De eo, qui cariùs vendit rem ratione expectationis temporis.

Quæritur an licitè?

Resp. negatiuè; si ly cariùs excedat pretium maius à peritis taxatum: quia expectatio temporis cadit sub pretio, quod est malum. Si tamen ly cariùs non excederet mensuram iusti pretij, tunc optimè liceret.

D. Tho. op. 67. Videatur D. Antoninus 2. p. tom. 1. cap. 8. §. 1. &c.

V.

Cneius Tesaurarius Ecclesiæ, & Pij loci ex pecunijs, quas habet in suo deposito fundum emit, quod lucrum ei confert notabile. Hoc detecto.

Casus De eo, qui emit fundũ ex pecunijs Ecclesiæ, aut Pij loci

Quæritur cuius sit hic fundus?

Resp. quod est Ecclesiæ, l. si ex ea, C. de rei vend. quod & dicendum est, si Tutor, vel Curator emerit ex pecunijs pupilli, vel minoris. l. 2. ff. quandò ex fac. tut. Immò l. si vt præp. C. de rei vend. dicit hoc etiam esse si sit emptum ex pecunia militis. Præter hæc fundum esset Cnei.

Alios casus vide in opere. pag. 135.

ARTICVLVS Vltimus.

De quibusdam vitijs, quæ in vsu emptionis, & venditionis solent euenire.

Ad negotiationes spectant commutationes.

Varia genera commutationum.

AD negotiatores spectat commutationibus rerum insistere. D.Th. 2. 2. q.77. art. 4.

Commutatio multiplex: rei ad rem loquendo de rebus necessarijs ad victum, & vestitum, & hæc potiùs spectat ad Economos, quam ad Mercatores.

Alia denariorum ad denarios, vt in Cambijs.

Alia denariorum ad merces: vt in emptione, & venditione.

Alia denique rei ad rem ordinata ad lucrum, & dicitur propriè negotia- pag.136.

Ca-

Casus I.

Pomponius requisitus à Proculo de pano ad se vestiendum in hyeme, vendit illum pro pretio decem Iuliorum ad vlmam, & promittit daturum illi antequam hyems adueniat. Pomponius posteà accedens ad Cneium commercatorem suum emit ab eo panum pretio octo Iuliorum dicens sibi esse necessarium; quod statim desert Proculo.

Casus De eo, qui emit aliquid, vt statim cariùs vendat, non facta mutatione temporis, & loci.

Quæritur an hoc sit licitum?

Resp. negatiuè: quia non licet rem emere, vt statim vendatur non facta mutatione rei, temporis, vel loci. Plures exceptiones de hoc vide in opere. n.2. pag.136.

II.

Antonius rogatus ab amico, vt mutuet illi decem aureos, mutuare negat; & dicit se venditurum illi suum Pallium credito duodecim aureis, cum pacto, quod statim retrouendat illi idem pallium decem aureis numerata pœcunia; & faciat scriptum, in quo confiteatur se duodecim aureos ab eo accepisse.

Casus De eo, qui facit cõtractum Mohatra, vulgò (Stocco.)

Quæritur an hoc sit licitum?

Resp. negatiuè: hic enim est Con-

tractus Mohatra, qui teste Bonacina de restit. dis. 3. q. 2. p. 3. n. 20. lingua Italica appellatur Stocco; & damnatur ab Innoc. XI. prop. 40.

III.

Casus De mendaciis, & iurationibus à Mercatoribus factis in vsu emptionis, & venditionis

Tiberius Mercator vendendo, ac emendo multa mendacia, & aliquando periuria facit; non vt alios decipiat, sed solum, vt se seruet indemnem.

Quæritur an peccet, & quo peccato?

Resp. quod si loquamur de periuriis non est dubium, quod qui eis vtuntur, etiam vnica vice aduertenter falsum iurando peccant mortaliter. D. Tho. 2. 2 q. 100. art. 4.

Si vero loquamur de mendacijs, si hæc ordinentur ad decipiendum alios, & in materia graui; non solum, qui vtitur, peccat mortaliter, sed etiam tenetur ad restitutionem damni illati. Si denique ordinentur solum ad se seruandum indemnem erit solum peccatum veniale, secundum Raymundum in sum. verb. Mend. quidquid dicat Ostiens. de assiduitate, & consuetudine: quia quantumuis continuentur, & multiplicentur venialia numquam possunt fieri mortalia, ex D. Tho. 2. 2. q. 150. art. 2.

Videantur op. Dam. ab Innoc. XI. n. 24. 25. 26. 27.

Alius

Alios casus præcipuè pro Iuristis, vide in opere n.8. pag. 137.

QVÆSTIO III.

De locatione, & conductione.

Hanc tangit D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 4.

ARTICVLVS I.

De locationis, & conductionis quidditate, & essentia.

DEfinitur locatio: concessio facta personæ, vel rei ad vsum conuenta mercede in pecunia numerata. *Definitio locationis.*

Definitur conductio: personæ, vel rei ad vsum acceptio interuentu pecuniariæ mercedis, l. p. ff. depos. §. si quis seru. & l. ver. naturalis, ff. de præscript. §. at cum do. *Definitio conductionis.*

Differunt à venditione, & emptione per hoc, quod in his non transfertur dominium; sed solum conceditur rei vsus; & ideò locatores non debent *Differentia eorũ ab emptione, & venditione.*

bent dici Mercatores, sed Economi.
pag. 137.
D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 4.

Casus.

Casus De Episcopo locante praedium, ac decimas.

Romualdus Episcopus locauit agrũ suæ Ecclesię Sempronio ad decennium; & etiam illi dedit fructus decimarum ad annuum censum.

Queritur an vtrumque sit licitum?

Resp. quoad primum hoc esse malum, & prohibitum in Conc. Trident. Sess. 25. cap. 11. vbi prohibentur locationes bonorum Ecclesiæ ad longum tempus in præiudicium successorum.

Quoad secundum verò, si hoc sit factum ad annum, licitum est ex Panorm. in cap. etiam, de loc. & cond. Aliter non licet &c.

Cœtera vide in opere. pag. 138.

ARTICVLVS II.

De vitijs, quæ in locatione, & conductione eueniре possunt.

Vitia in locatione, & conductione occurrentia præcipuè ex

EX parte locatoris multa sunt vitia.

Primum, si locator locet rem vitiosam.

Secun-

Secundum, si plùs exigat, quam debuerat.

parte locatoris.

Tertium, si exigat pensionem antè tempus.

Quartum, si expellat conductorem de habitatione. Exceptis casibus positis in iure, de quibus in opere n. 4. pag. 139.

Circa primum sit

Casus.

Frigius equum vitiosum dedit ad vecturam Sempronio, vndè exposuit eum periculo cadendi cum graui sui damno.

Casus De locante equum vitiosum.

Quæritur an peccauerit?

Resp. affirmatiuè; & mortaliter propter damnum notabile, quod verisimiliter sequi poterat; quod si damnum esset sequutum teneretur ad satisfactionem ex l. si ædes. ff. locati, §. cum quidam. Et quod dictum est de æquo vitioso, debet etiam dici de domo ruinosa, &c.

Ex parte conductoris potest esse malum.

Ex parte conductoris

Primò, si rem sibi locatam malè tractauit.

Secundò, si non soluerit tempore debito, cum possit.

Tertiò, si non satisfecit de damno sequuto.

Casus.

Casus De Auriga cū alio curru contendente, vndè malum in æquis conductis, &c. euenit.

Curtius auriga contendens, nec alios currus transire permittens suum currum euertit, vndè non solum æquum sui domini occidit, sed etiam personas, & res in curru existentes malè tractat, & damnificat.

Quæritur an peccet, & ad quid teneatur?

Resp. peccare mortaliter ex graui damno; & vltrà hoc tenetur ad satisfa-ctionem de omni damno sequuto; debuit enim se temperare, & diligentiùs se habere, l. si merces, ff. eod. §. item quæritur. Secùs tamen, si adhibuit diligentiam, quam vir prudens in hoc adhibuisset, l. si merces, ff. eod. §. qui columnam.

Quod idem dicendum est de artifice, qui materiam sibi datam fregit, de Custode, qui vestem malè tractauit; de Tutore circà rem Pupilli &c. quæ vide in opere n. 8. pag. 159.

QVÆ-

QVÆSTIO IV.

De Permutatione.

ARTICVLVS I.

De quidditate, & essentia permutationis, & quomodò vitiari possit?

DEfinitur Contractus, in quo vna res commutatur in alia nullo interueniente prætio. *Definitio permutationis.*

Duplex, vna ad tempus; altera in perpetuum. Horum talis est differentia: quod in prima non transfertur dominium; benè verò in secunda. *Eius diuisio.*

Est licita ex l. enim, & extrà: de permutatione; dummodò non sit fraus siuè in qualitate rerum, siuè in quantitate valoris rei. *Quando licita, quando non.*

In qualitate est fraus, vel ex parte vnius tantùm; & tunc fraudans peccat mortaliter, si fraudet in re graui, & tenetur ad restitutionem: extra de iniur. & damno dat. §. si culpa.

Vel ex parte amborum: & tunc vterque peccat propter malam intentionem, cap. quod peierat 22. q. 5.

sedi

ſed quantum ad ſatisfactionem locum habet compenſatio.

Si deceptio ſit in valore rei; eodem modo diſcurrendum eſt &c. pag. 141

Caſus.


Caſus De Mercatoribus in permutatione mutuò ſe decipientibus.

Bertoldus Mercator permutat cum Tiberio multas petias pani, recipiendo ab ipſo ſericum; & in valore mutuò ſe decipiunt excedentes; ità tamen quod vterque hoc aduertat, vndè nihil aliud intendunt, quam ſe ſeruare indemnes.

Quæritur an peccent?

Reſp. negatiuè; hic enim habet locum compenſatio; nec propriè eſt fraus, cum intendant ſe indemnes conſeruare, non alterum grauare, vndè ad nihil tenentur.

Vide alios Caſus in opere. p. 141.



AR-

ARTICVLVS II.

De Ecclesiasticorum beneficiorum permutatione.

Beneficia Ecclesiastica, & quęcumque iura habeantur in ea permutari possunt cùm auctoritate superioris. Ità ex Vrbano 3. extra: de rer. perm. c.5.

Ecclesiastica beneficia quomodò permutari possint.

Inter permutantes tamen nulla pactio, aut conuentio debet interuenire circa spiritualia, aut spiritualibus annexa. c. quod princ. 1. q.11. alias esset simonia ex Glossa. pag. 142.

Circa spiritualia non debet interuenire pactio.

Casus I.

Gilbertus Parochus renuntiat suo beneficio valdè tenui, vt aliud habeat pingue.

Casus De eo, qui permutauit beneficium tenue in pingue.

Queritur an peccet peccato simonię.

Resp. affirmatiuè secundum Felicem in c. verisimile de præsumpt. nisi constet de alia causa, quæ faciat præsumere contrarium; putà quia cura est magna, & ipse senex.

II.

Casus De eo, qui fit Monacus, ut Abbas euadat

Bernardus fit Monachus cum hac sola intentione, vt euadat Abbas, & beneficium consequatur.

Quæritur an peccet peccato simoniæ.

Resp. affirmatiuè, simonia mentali; ex Glofs. in c. consulit d. 74. & cap. per laicos. Si tamen in Religione Abbatiam consequatur non tenetur renuntiare; sed solum per pœnitentiam Deo satisfacere: dummodò tamen pactum non interfit, quia tunc esset simonia explicita. Panorm. in cap. cum ad nos de elect. n.4. pag. 142.



QVÆSTIO V.

De Emphytheusi.

Vndè habeatur hoc nomen Emphyteusis.

HOc nomen fuit appositum contractui infrà explicando per l. Zenonianam l. p. C. de Iure Emphyteotico.

ARTICVLVS I.

De quidditate, & natura emphytheusis.

DEfinitur ; contractus per quem transfertur dominium vtile, & possessio eius Ciuilis in Emphytheotam retento dominio directo, & possessione naturali apud Dominum. Panormit. in c. fin. de locat. Soluit emphytheota aliquid domino singulis annis, l. 1. ff. si ager vertitur.

Definitio emphytheusi

Differentia eius à vendit. locat. &c. vide in op. mag.

Videantur cætera in opere n. 3. p. 143

ARTICVLVS II.

De conditionibus, & proprietatibus contractus emphytheotici.

PRæcipua conditio huius contractus est quodqui rem habet in emphytheusim soluat pensionem, vel in re, vel in pecunia secundum iura l. fin. C. de iur. Emphyt. quod si hoc non faciat, vltrà quod peccat cadit ab Emphytheusi, excepto casu rei destructionis, propter quod ponitur Carmen.

Conditiones contractus emphytheotici.

Respe-

Casus Circa emphyt. vid. in op. mag.

Resperit tota, nihil dabit emphytheota;
Si pro parte perit, non ità liber erit.

Alia plura videas in opere. pag. 144.

QVÆSTIO VI.

De Societate.

ARTICVLVS I.

De definitione, diuisione, nec non regulis communibus societatis.

Definitio Societatis.

DEfinitur, contractus, in quo plures simul conueniunt ad lucrum ex licita negotiatione habendum, seruata semper iustitiæ æquitate.

Diuisio Societatis.

Est duplex in mercibus, & in animalibus.

Regulæ prò ipsa rectè facienda.

Prò prima est regula generalis: licita est societas, quandò non interuenit vsura; aut iniustitia. Tunc non est vsura, quandò id quod ponitur stat periculo ponentis. Tunc non est iniustitia,

ſtitia, quandò vna pars non plùs grauatur, quam altera.

Prò ſecunda regula erit Conſuetudo locorum ſeruata æqualitate iuſtitiæ, &c. pag. 146.

ARTICVLVS II.

In quo plura circà prædictas ſocietates dilucidantur.

QVantum ad primam ſocietatem ſit

Caſus I.

Caſus De dãte pecuniã Mercatori ad negotium cum annuo cenſu.

BErta habens notabilem ſummam pecuniæ dat mercatori ad negotium, quæ pecunia in tali negotio poteſt reddere 18. prò centenario; at quia Berta vult ſuæ pecuniæ aſſecuratione, nec vult ſtare periculo, & inſuper non poteſt præſtare opera ſua in negotiatione, relinquendo cætera tantum ſummit quinque prò centenario.

Quæritur an poſſit?

Reſp. affirmatiuè cum Siluestro verb. ſocietas §.2. Armil. eod. verb. n. 6. Nauar. in Man. cap. 17. n. 253. & eſt communis modo inter Caſiſtas; licet Sotus cum aliis teneat oppoſitum, & tutius

Quandò permittitur. tutius meo videri. A quibus permittitur, tunc solū permittitur si contractus sit initus cum eo, qui prædictam pecuniam est negotiaturus; si enim fieret cum clerico v. g. cui de iure prohibetur negotiatio; tunc esset simulata Societas, quæ mutuum velat, seu palliat ex eod. Nauar. n. 258.

II.

Casus De eo, qui ponit conditionem iniustam in instrumento.

Peregrinus dans certam quantitatem pœcuniæ Sempronio ad commune negotium in instrumento traditionis ponit conditionem de capite saluo; licet hoc non intendatur de facto, cum simul conuenerint, quod periculum, & damnum sit commune; & hoc fecit, putà nè à consanguineis impediretur à traditione talis pecuniæ.

Quæritur an hoc sit licitum?

Resp. negatiuè; nam præterquamquod est mendacium infamatorium, potest depositarius mori ab intestato, & sic deponens petere ab hæredibus cum graui damno, c. 1. 22. q. 2.

III.

Casus De eo, qui dat pecu-

Thomas dat pecuniam Martino in magna quantitate cum pacto, quod vna pars sit salua, cum alterius partis peri-

periculo; & hoc ad commune negotium.

Quæritur an licitè?

Resp. negatiuè; quia ratione partis saluæ est mutuum, ac per consequens inhonesta societas. Armil. verb. societ. n. 9.

niam cum pacto iniusto quãtum ad vnam partem &c.

IV.

Casus De duobus Mercatoribus communiter viuentibus, quorũ vnus viuit lautiùs altero.

Duo Mercatores stantes simul in eodem negotio cum æquali pecunia, & opere, vnusquisque è communi capsa desumit, quod illi aduictum, & vestitum est necessarium; at quia vnus viuit lautiùs altero dubitat plùs summere, quam alter; vndè timens alterum lædere adit Confessarium.

Quærens an ipsi liceat tantum summere, quantum illi est necesse; quid debet Confessarius dicere?

Resp. quod Confessarius debet illi inculcare, quod æqualitatem seruet, quantum potest; & quod si dignosceret, & certò sciret, alterum multum lædere in magna quantitate deberet recompensare. Cæterum, dum res est dubia, licet propendat in partem, quæ dictat, eum plùs sumere, cum res sit parua, non debet inquietari; eò maximè, quod alterius scientia, & permissio sumitur pro remissione; scienti enim, & consentienti non fit iniuria.

Sed

Sed iam deueniamus ad secundam societatem, prò qua sit

Casus I.

Casus De eo, qui dat oues pastori sub annuo censu etiamsi oues moriantur.

Sempronius dat Petro decem oues cum pacto, quod omni anno det illi 50. solidos sua vita durante, etiamsi oues moriantur; & post suam mortem, oues sint Petri.

Quæritur an contractus sit licitus?

Resp. affirmatiuè; ex Armil. verb. societas n. 21. vndè qui recipit soluere debet pensionem, etiamsi oues moriantur, dummodò non sint infectæ à principio.

II.

Casus De eo, qui vẽdit oues, cum pacto de pœcunia soluẽda post 10. annos, & annuo casei censu.

Bartholomæus vendit decem oues Lucio decem scutis; at quia Lucius non habet pecuniam in promptu, per scriptum obligat se Bartholomæo ad soluendam dictam pecuniam post decem annos, & intereà dabit ei decem libras casei quolibet anno.

Quæritur an mortuis pecoribus Lucius adhuc teneatur soluere pensionem?

Resp. affirmatiuè: quia per venditionem iam translatum fuit dominium ouium in Lucium; vndè debet ipse stare periculo mortis. Nec pensio

datur

datur ampliùs prò ipsis ouibus, sed pro fructu denariorum, & ideò debet solui quoad vsque pecunia sit soluta.

In summa in his aduerte, quod non adueniat vsura ex mutuo implicito, vel explicito; & quod seruetur æquitas Iustitiæ, & tunc plana erunt omnia. Plura videbis in opere. p. 146. *Regula pro societate.*



QVÆSTIO VII.

De Donatione.

DEfinitur, quod sit datio liberalis, siuè irredibilis recompensationem non intendens. D. Tho. p. sent. d. 18. art. 2. *Definitio Donationis*

Duplex; inter viuos, & causa mortis: Prima est quandò rem quam dono potiùs alium habere volo, quam ego habeam. Secunda quandò volo me potiùs habere rem, quam illum cui dono; & rursum hanc rem magis illum habere volo, quam hæredem meum. *Diuiditur Donatio.*

Donatio inter viuos quadruplex, absoluta, conditionalis, modalis, & remuneratiua, l. p. ff. de donat. & l. p. & 2. Cod. de donat. sub modo.

ARTICVLVS I.

De personis, quæ donare possunt.

Personæ, quæ donare possunt.

Singulæ videantur in oper. mag.

OMnis, qui habet rei dominium, vel proprietatem, & à iure non prohibetur licitè donare potest.

A iure 20. generibus personarum prohibetur donatio; Videantur in opere. pag. 147.

Donatio multis de causis reuocari potest; quæ videantur in opere. p. 148

ARTICVLVS II.

An donatio inter virum & vxorem sit licita.

Donatio inter virum, & vxorem, non est licita.

Resp. NOn: loquendo de donatione liberali, l. si sponsus, ff. eod. vndè neque per interpositam personam potest fieri, l. idemque, ff. eod. Donatio verò remuneratiua non prohibetur, l. quando autem, ff. eodem.

De his vidè plura in opere. pag. 149

AR-

ARTICVLVS III.

De donatione causa mortis, & facta Ecclesiæ.

DOnatio causa mortis est instar legatorum, vndè per pœnitentiam reuocatur, l. qui mortis causa, ff. eod. *Donatio causa mortis reuocatur.*

Cui prohibetur donatio, vt sic, prohibetur etiam illa causa mortis; quia à quo remouetur genus, remouetur, & species l. fil. fam. §. pari ratione, ff. eodem. *Cui ista prohibeatur.*

Casus.

Petrus donat Tito causa mortis prædium, in quo adest Cappella, cui annectitur beneficium, ius patronatum suę familiæ. *Casus De eo, qui donat fundum in quo adest ius patronatus.*

Queritur an etiam donauerit ius nominandi ad tale beneficium?

Resp. negatiuè: secundum Panormit. in c. sedes de rescript. & Innoc. c. ex literis de Iure patr. etiamsi in donatione sit expressum, cum omni eo, quod in illo reperitur, quia ly omnis nonstat pro his, quæ sunt alterius iuris, & naturæ.

Circa donationem factam Ecclesiæ

De donat. Constantini videatur opus magnū. celebris est quæstio de donatione Constantini; Quam videbis in opere n. 10. pag. 151.



QVÆSTIO VIII.

De Feudis, & Gabellis.

Definitio Dominii. DOminium est ius habendi, & possidendi, fruendi, vtendi, ac disponendi de aliqua re prò libito voluntatis, vel secundum aliquem determinatum modum. Tabiena, & Arm. l. eod. verb. §. 1.

Eiusdem diuisio. Duplex iurisdictionis, & est superioris respectu subditi. Et proprietatis; & Definitur; libera facultas disponendi de aliqua re in vtilitatem propriam, quoad vsus lege permissos non impedibilis licitè ab alijs. *Definitio dominij proprietatis.*

Eiusdē diuisio. Primum diuiditur in Ecclesiasticum, & Seculare. Ecclesiasticum in Papale, Patriarchale, Archiepiscopale, & Episcopale. Seculare verò in Imperatorium, Regale, Ducale, Comitale, & Marchionale.

Secundum diuiditur in perfectum, & continet proprietatem rei, & commodorum eius; & imperfectum, & continet vel proprietatem sinè commodo;

do; vel commodum: sinè proprietate. pag 152. His positis sit

ARTICVLVS I.

De feudis, & feudatarijs.

FÆudum est concessio rei immobilis facta pro hommagio, c. ex diligent. extrà: de simon. *Definitio Feudi.*

Diuiditur in Paternum, & Maternum, conditionale, & non conditionale, perpetuum, & temporale. D. Antoninus 3. p. cap. 5. in princip. *Eiusdem diuisio.*

Multi sunt casus, in quibus fæudatarius fæudum potest ammittere; vide in opere n.5. pag. 152.

ARTICVLVS II.

De Talijs, Exactionibus, & Gabellis.

PRincipes terrarum à Deo sunt instituti, non vt propria lucra quærant, sed vt communem vtilitatem procurent. D. Tho. in Epist. ad Ducissam Brabantiæ. *Ad quid Principes instituti.*

Duplici causa possunt talias, &c. ponere; vel propter seipsos honorificè

Casus in quibus Principes possunt ponere Talias

sustendandos; quia cum inseruiant Reipublicæ, de bonis illius viuere debent ex D. Paulo p. ad Cor. 9. *Nemo militat suis stipendijs.*

Vel pro deffensione subditorum, & Reipublicæ. Quæ longiùs videas in opere, &c. pag. 153.

Talias etiam, & exactiones vltrà consuetum exigere possunt prò defensione Patriæ, & in alios casus in opere positos, quæ videantur, &c. p. 154.

Talias tenentur subditi soluere.

Has licitè positas tenentur soluere subditi, & qui eas fraudant mortaliter peccant, quia graue nocumentum inferunt Reipublicæ.

Nec excusantur à peccato propter pœnam appositam; nec quia Conductores sciunt multos eas fraudare; quia tantum abest, quod consentiant, vt faciant quidquid possunt ad hoc impediendum.

Et fraudantes tenentur ad restitutionem.

Tenentur ergò de fraudato ad restitutionem, & si nollunt restituere non debent à Confessoribus absolui. Hæc omnia ex Armilla verb. Gabella n. 7. Sylvest. D. Antonin. &c. prout in opere. pag. 155.

Casus.

Casus De eo, qui fraudat gabellam exponẽdo rem, & personã periculo.

Baldassar faciens mercaturam introducit in Ciuitatem multas petias panni fraudando Gabellam exponens rem, ac personam periculo; quo facto ven-

dit

dit pannum mitiori prætio, vt in vtilitatem publicam hoc conuertat.

Quæritur an peccauerit, & an propter hoc excuſetur à reſtitutione?

Reſp. peccare mortaliter; quia graue damnum infert principi, vel Communitati, vel Conductoribus; vndè etiam tenetur ad reſtitutionem.

Nec excuſatur à peccato, quia exponit rem,ac vitam periculo; nam etiã latrones exponunt ſe periculo rei, ac vitæ, nec propter hoc excuſantur à peccato.

Nec valet compenſatio dum vendit pannum mitiori prætio: nam ſicuti non eſt bona eleemoſina facta de furto, & vſura ad euadendam reſtitutionem, quandò conſtat de perſona, cui eſt facienda; ità neque hæc compenſatio; à qua multum vtilitatis habebit Baldaſſar, cum citiùs mercem ſuam expediet.

Admonitio ad Confeſſarios.

Caueant ergò Confeſſarii, nè ſint faciles in abſoluendo huiuſmodi peccatum; nè ipſi quoque damnentur à Deo, vt cooperantes in furto.

Videatur op. dam. ab Innoc. X[r]. num. 39.

QVÆSTIO IX.

De Cambijs.

Definitio Cambij.


CAmbium definitur, quod ſit negotiatio in commutatione numiſmatum.

Eſt de ſe licitum.

Eſt de ſe licitum ratione finis, qui non eſt pecunia, ſed damnum vitandum, commodum habendum, &c. c. magnæ extra: de voto: & Io: de Lig.

Regula generalis pro ipſis.

Regula pro ipſis; quandò pars capiens, non magis grauatur, quam dans, nec èconuersò, demptis expenſis arbitrio per torum, & diſtantia temporis nil lucri affert, non eſt ibi iniuſtitia, nec peccatum. Sylv. verb. Vſura 4. q. 9. §. 2. Arm. verb. Camp. n.3. &c. pag. 155.



AR-

ARTICVLVS Vnicus.

De Cambio minuto, per literas, & sicco.

CAmbium reale ad minutum tunc fit, quandò campsor dat aurum, & accipit è contrà monetam, vel ab apposito, &c.

Diuisio Cābij.

Cambium reale

Licet in hoc Campsori recipere aliquid moderatum prò suo labore vltrà prætium secundum consuetudinem patriæ, quia in hoc seruit communitati. Caiet. in sum. & Armil. verb. camp. n.4. pag. 155.

Licet Campsori aliquid recipere.

Casus

Tiberius Nobilis rogat Mercatorem, vt sibi adinueniat centum aureos prò quibus dabit tot scuta argentea secundum eorum valorem. Mercator aureis adinuentis dum tradit Tiberio prætendit aliquid vltrà sortem pro cambio.

Casus De Mercatore cambiante monetas argenteas pro aureis.

Quæritur an licitè?

Resp. negatiuè: licet enim Roscella verb. Vsura num. 6. §. 6. in fin. dicat etiam alijs licere hoc emolumentum

capere; tamen hæc opinio mihi non placet; quia qui non tenet mensam, nec expendit tempus in hoc pro communi seruitio, non potest mercedem recipere. n.2.

Vitia, quæ possunt ocurrere in cambio minuto.

In hoc cambio possunt multa vitia committi; vt si fiat solum ex auaritia, si dentur monetæ falsæ, vel incisæ, si plus recipiatur &c. de quibus videatur D. Anton. 2. p. tom. 1. c. 7. §. 47.

Modi quibus fit Cambium reale per literas.

Secundum, Cambium, quod dicitur reale per litteras fit duobus modis. Et pro primo fit

Casus.

Casus De Campsore cambiante per literas cum lucro.

Petrus habet Mediolani 100. aureos, quos vellet habere Romæ: adit Campsorem, & ait, quod respondeat illi 100. aureos Romæ; quod faciens lucratur Campsor tres aureos.

Quæritur an licitè.

Resp. affirmatiuè; tum propter rationes suprà allatas de cambio minuto, tum propter periculum, quod Petrus euadit.

Prò secundò pariter fit

Ca.

Casus.

Scipio habens Romæ 100. ducatos Venetos, eos vult Venetijs deferre, quia ibi pluris expenduntur. Hoc audiens Celsus Campsor, & indigens tali pœcunia, cum habeat bancum Veneti,s offert illi literas Cambij, vt monetam eorum Venetijs recipiat. Quo fit, vt Scipio recipiendo monetam lucretur quinque Ducatos, vel plùs, aut minùs &c.

Casus De Campsore recipiente certam pecuniam, & literas faciente, vt valor eius alibi recipiatur.

Quæritur an licitè.

Resp. affirmatiuè; quia cursus monetæ hoc operatur, & monetarum diuersitas, ac industria accedit rei licitæ, l. fin. ff. ad l. fal.

Dummodò tamen hoc non faciat ex auaritia, vel prò expectatione temporis, &c. quia tunc euaderet malum ex fine, &c.

Tertium genus Cambiorum dicitur siccum; pro quo explicando sit

Cambium siccum.

Casus.

Petrus egens pecunia recipit à Campsore 100. aureos v. g. Romæ, indè ad mensem restituendos illi in eadem Vrbe, non tamen ad valorem Vrbis, sed secundum, quod valent Venetijs; vndè Campsor lucratur 3. aureos.

Casus De Campsore dante pecuniam restituendam eodem loco cum lucro.

Quæritur an licitè?


Casus De eo, qui in cambio non intendit præcisè lucrum.

Resp. negatiuè; in hoc enim contractu est mutuum palliatum; quatenùs absque vllo periculo campsor intend t lucrum ex mutuo.

Sed quid, si Campsor verè, & realiter haberet in promptu cambium prò Venetijs faciendum, in quo posset tot lucrari; & Petrus vellet talem pecuniam, conueniens dare illi quidquid posset recipere ex cambio?

Resp. quod tunc potest Campsor illud recipere; quia præcisè non intendit lucrum, sed se indemnem conseruare ratione damni emergentis, & pro suo opere aliquid recipere.

Videatur D. Anton. 2. p. tom. 1. c. 7. §. 49. Caiet. Tabien. Sylu. verb. Vsura; necnon Armil. verb. Campsor. num. 7.



QVÆ-

QVÆSTIO X.

De Mutuo, & Vsura.

Correspondet q.78. 2.2. D.Tho.

VSura per se, & principaliter committitur in mutuo, per accidens verò in alijs contractibus, c. ab illo 14. q. 4. *Quando per se, & quando per accidens cōmittitur Vsura.*

ARTICVLVS I.

De quidditate, & essentia Mutui, & Vsuræ.

MVtuum est, quod de meo fit tuum, l. 2. ff. Si certum petatur. *Definitio Mutui.*

Vsura autem definitur, quod sit lucrum ex mutuo principaliter intentum. pag. 156. *Definitio Vsuræ.*

De se est peccatum mortale; opponitur enim charitati, & iustitiæ. pag. 156. *Est peccatum mortale.*

D. Tho. 2. 2. q. 78. art. p. ad lit.

ARTICVLVS II.

In quibus casibus in mutuo committatur Vsura.

PRimò, & principaliter interuenit vsura in mutuo, cum quis pacto explicito, vel implicito intendit lucrari. pag. 157.

Casus.

Casus De Mercatore mutuante, qui recipit aliquid vltra sortē secundum mensuram damni ad arbitrium boni viri.

Scipio indigens pecunia adit Mercatorem rogans eum, vt mutuet illi 100. aureos.

Mercator habens in promptu negotium faciendum ostendit Scipioni impossibilitatem, & quod hoc non potest facere, nisi cum graui damno. At quia Scipio multum indiget tali pecunia, offert mercatori dare aliquid vltrà sortem ad arbitrium boni viri, ne damnum sustineat.

Quæritur an Mercator possit illud recipere?

Resp. affirmatiuè: quia non tenetur cum suo damno mutuare, nisi in extrema proximi necessitate; Dummodò tamen hoc verum sit; nam si fingeretur à mercatore, tunc esset

mutuum palliatum. Ità Cajet. in sum. & 2. 2. q. 78. art. 2. ad 1.

Alios casus expressos vide in opere. pag. 157.

Casus circa hanc materiam vide in Opere.

Ad hæc faciunt propositiones damnatæ ab Innoc. XI. n. 41. & 42.

Videatur D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 1. & 2. in corp.

ARTCVLVS III.

De vsura ex mutuo implicito, & de participantibus in vsura.

MVtuum implicitum interuenit in alijs contractibus à mutuo distinctiss: putà emptione &c.

Quando proueniat Vsura ex mutuo implicito.

De quibus vltrà dicta sit

Casus I.

Casus De eo, qui vendit frumentũ cum pacto illicito.

Bernardus vendit nunc frumentum Rustico pro prætio nunc currente, sed soluendum Kalend. Maii: cum pacto, quod si isto tempore intermedio plùs valeat, plùs rusticus soluat; non tamen vult minùs accipere, si minùs valebit.

Quæritur an licitè?

Resp. negatiuè; est enim vsura ex mutuo implicito, c. Navig. de Vsuris.

II.

II.

Casus De vendere agrum cum pacto retrouendēdi locando interii pro certo prætio.

Procopius emit agrum à Proculo minùs iusto prætio cum pacto retrouendendi; & interim locat venditori dictum agrum ad rationem quinque prò centenario.

Quæritur an licitè?

Resp. negatiuè: quia non est venditio, sed mutuum palliatum.

III.

Casus De eo, qui vendit agrū fictus locando illum sub anno censu.

Baldassar emit agrum, qui in veritate non extat, sed fingitur, ac si esset, à Paulo, locans illum Paulo sub annuo censu.

Quæritur an licitè?

Resp. negatiuè; quia lucrum est de mutuo, & non de ficto contractu.

IV.

Casus De eo, qui mutuans aliquid exigit ne mutuatum repetatur ad certum tempus.

Serapio mutuans Bertæ 100. aureos, obligat se ad non repetendam talem pecuniam vsque ad triennium, & propter hoc exigit aliquid ab ea.

Quæritur an licitè?

Resp. negatiuè: ex propositionibus damnatis ab Alex. VII. n.42.

De quo videatur D. Tho. quæst. 13. de malo art.4. ad 4.

In

In summa regula generalis est, quod ex mutuo siuè explicito, siuè implicito, vltrà sortem nihil communiter recipi potest, aut sperari dicente Christo: Luc. 8. *Mutuum date nihil inde sperantes*.

Regula generalis, quando in mutuo nõ committatur vsura.

Casus.

Titius mutuat Petro 100. cum pignore superabundanti, & tria pro 100. & hoc quia habebat occasionem in promptu lucrandi ex dicta pecunia, quam relinquit, vt comodet Petro.

Casus De mutuante cum pignore superabundanti, & aliquid vltrà sortẽ recipiente propter lucrũ cessans.

Quæritur an licitè?

Resp. negatiuè: cum enim in hoc contractu non sit, nisi mutuum, nihil potest recipi; quod si hoc graue videatur, mutuum dari relinquatur: non enim quis tenetur, nisi in casu extremæ necessitatis.

Vid. in op. art. 2. casu 6. pag. 157.

Quod si dicatur, quod aliquod potest recipere Titius, quia habebat in promptu occasionem lucrandi in dicta pecunia: hoc non videtur ad propositum; quia hoc lucrum non potest recipere ex mutuo.

Nec regula damni emergentis Titio prodest; ad ipsam enim tria requirnntur: quod pecunia sit iam exposita ad mercaturam; quod mutuans aliam non habeat; & quod cogatur ad mutuandum: quæ si concurrant in casu

po-

Casus in quibus Principes possunt ponere Talias

sustendandos; quia cum inseruiant Reipublicæ, de bonis illius viuere debent ex D. Paulo p. ad Cor. 9. *Nemo militat suis stipendijs.*

Vel pro deffensione subditorum, & Reipublicæ. Quæ longiùs videas in opere, &c. pag. 153.

Talias etiam, & exactiones vltrà consuetum exigere possunt prò defensione Patriæ, & in alios casus in opere positos, quæ videantur, &c. p. 154.

Talias tenentur subditi soluere.

Has licitè positas tenentur soluere subditi, & qui eas fraudant mortaliter peccant, quia graue nocumentum inferunt Reipublicæ.

Nec excusantur à peccato propter pœnam appositam; nec quia Conductores sciunt multos eas fraudare; quia tantum abest, quod consentiant, vt faciant quidquid possunt ad hoc impediendum.

Et fraudãtes tenentur ad restitutionem.

Tenentur ergò de fraudato ad restitutionem, & si nollunt restituere non debent à Confessoribus absolui. Hæc omnia ex Armilla verb. Gabella n. 7. Sylvest. D. Antonin. &c. prout in opere. pag. 155.

Casus.

Casus De eo, qui fraudat gabellam expoñdo rem, & personã periculo.

Baldassar faciens mercaturam introducit in Ciuitatem multas petias panni fraudando Gabellam exponens rem, ac personam periculo; quo facto vendit

dit pannum mitiori prætio, vt in vtilitatem publicam hoc conuertat.

Quæritur an peccauerit, & an propter hoc excuſetur à reſtitutione?

Reſp. peccare mortaliter; quia graue damnum infert principi, vel Communitati, vel Conductoribus; vndè etiam tenetur ad reſtitutionem.

Nec excuſatur à peccato, quia exponit rem, ac vitam periculo; nam etiã latrones exponunt ſe periculo rei, ac vitæ, nec propter hoc excuſantur à peccato.

Nec valet compenſatio dum vendit pannum mitiori prætio: nam ſicuti non eſt bona eleemoſina facta de furto, & vſura ad euadendam reſtitutionem, quandò conſtat de perſona, cui eſt facienda; ità neque hæc compenſatio; à qua multum vtilitatis habebat Baldaſſar, cum citiùs mercem ſuam expediet.

Admonitio ad Confeſſarios.

Caueant ergò Confeſſarii, nè ſint faciles in abſoluendo huiuſmodi peccatum; nè ipſi quoque damnentur à Deo, vt cooperantes in furto.

Videatur op. dam. ab Innoc. X. num. 39.

QVÆSTIO IX.

De Cambijs.

Definitio Cambij.


CAmbium definitur, quod sit negotiatio in commutatione numismatum.

Est de se licitum.

Est de se licitum ratione finis, qui non est pecunia, sed damnum vitandum, commodum habendum, &c. c. magnæ extra: de voto: & Io: de Lig.

Regula generalis pro ipsis.

Regula pro ipsis; quandò pars capiens, non magis grauatur, quam dans, nec èconuersò, demptis expensis arbitrio per torum, & distantia temporis nil lucri affert, non est ibi iniustitia, nec peccatum. Sylv. verb. Vsura 4. q. 9. §. 2. Arm. verb. Camp. n.3. &c. pag.155.



AR-

ARTICVLVS Vnicus.

De Cambio minuto, per literas, & sicco.

CAmbium reale ad minutum tunc fit, quandò campsor dat aurum, & accipit è contrà monetam, vel ab apposito, &c.

Diuisio Cābij.

Cambium reale

Licet in hoc Campsori recipere aliquid moderatum prò suo labore vltrà prætium secundum consuetudinem patriæ, quia in hoc seruit communitati. Caiet. in sum. & Armil. verb. camp. n.4. pag. 155.

Licet Campsori aliquid recipere.

Casus

Casus De Mercatore cambiante monetas argenteas pro aureis.

Tiberius Nobilis rogat Mercatorem, vt sibi adinueniat centum aureos prò quibus dabit tot scuta argentea secundum eorum valorem. Mercator aureis adinuentis dum tradit Tiberio prætendit aliquid vltrà sortem pro cambio.

Quæritur an licitè?

Resp. negatiuè: licet enim Roscella verb. Vsura num. 6. §. 6. in fin. dicat etiam alijs licere hoc emolumentum

capere; tamen hæc opinio mihi non placet; quia qui non tenet mensam, nec expendit tempus in hoc pro communi seruitio, non potest mercedem recipere. n. 2.

Vitia, quæ possunt occurrere in cambio minuto.

In hoc cambio possunt multa vitia committi; vt si fiat solum ex auaritia, si dentur monetæ falsæ, vel incisæ, si plus recipiatur &c. de quibus videatur D. Anton. 2. p. tom. 1. c. 7. §. 47.

Modi quibus fit Cambium reale per literas.

Secundum, Cambium, quod dicitur reale per litteras fit duobus modis. Et pro primo sit

Casus.

Casus De Campsore cambiante per literas cum lucro.

Petrus habet Mediolani 100. aureos, quos vellet habere Romæ: adit Campsorem, & ait, quod respondeat illi 100. aureos Romæ; quod faciens lucratur Campsor tres aureos.

Quæritur an licitè.

Resp. affirmatiuè; tum propter rationes suprà allatas de cambio minuto, tum propter periculum, quod Petrus euadit.

Prò secundò pariter sit

Ca.

Casus.

Scipio habens Romæ 100. ducatos Venetos, eos vult Venetijs deferre, quia ibi pluris expenduntur. Hoc audiens Celsus Campsor, & indigens tali pœcunia, cum habeat bancum Venetijs offert illi literas Cambij, vt monetam eorum Venetijs recipiat. Quo fit, vt Scipio recipiendo monetam lucretur quinque Ducatos, vel plùs, aut minùs &c.

Casus De Campsore recipiente certam pecuniam, & literas faciente, vt valor eius alibi recipiatur.

Quæritur an licitè.

Resp. affirmatiuè; quia cursus monetæ hoc operatur, & monetarum diuersitas, ac industria accedit rei licitæ, l. fin. ff. ad l. fal.

Dummodò tamen hoc non faciat ex auaritia, vel prò expectatione temporis, &c. quia tunc euaderet malum ex fine, &c.

Tertium genus Cambiorum dicitur siccum; pro quo explicando sit

Cambium siccum.

Casus.

Petrus egens pecunia recipit à Campsore 100. aureos v. g. Romæ, indè ad mensem restituendos illi in eadem Vrbe, non tamen ad valorem Vrbis, sed secundum, quod valent Venetijs; vndè Campsor lucratur 3. aureos.

Casus De Campsore dante pecuniam restituendam in eodem loco cum lucro.

Quæritur an licitè?


Casus De eo, qui in cambio non intendit præcisè lucrum.

Resp. negatiuè; in hoc enim contractu est mutuum palliatum; quatenùs absque vllo periculo campsor intendit lucrum ex mutuo.

Sed quid, si Campsor verè, & realiter haberet in promptu cambium prò Venetijs faciendum, in quo posset tot lucrari; & Petrus vellet talem pecuniam, conueniens dare illi quidquid posset recipere ex cambio?

Resp. quod tunc potest Campsor illud recipere; quia præcisè non intendit lucrum, sed se indemnem conseruare ratione damni emergentis, & pro suo opere aliquid recipere.

Videatur D. Anton. 2. p. tom. 1. c. 7. §. 49. Caiet. Tabien. Sylu. verb. Vsura; necnon Armil. verb. Campsor. num. 7.



QVÆ-

QVÆSTIO X.

De Mutuo, & Vsura.

Correspondet q.78. 2.2. D.*Tho.*

VSura per se, & principaliter committitur in mutuo, per accidens verò in alijs contractibus, c. ab illo 14. q. 4.

Quando per se, & quando per accidens cõmittitur Vsura.

ARTICVLVS I.

De quidditate, & essentia Mutui, & Vsuræ.

MVtuum est, quod de meo fit tuum, l. 2. ff. Si certum petatur.

Definitio Mutui.

Vsura autem definitur, quod sit lucrum ex mutuo principaliter intentum. pag. 156.

Definitio Vsuræ.

De se est peccatum mortale; opponitur enim charitati, & justitiæ. pag. 156.

Est peccatũ mortale.

D. Tho. 2. 2. q.78. art. p. ad lit.

ARTICVLVS II.

In quibus casibus in mutuo committatur Vsura.

PRimò, & principaliter interuenit vsura in mutuo, cum quis pacto explicito, vel implicito intendit lucrari. pag. 157.

Casus.

Casus De Mercatore mutuante, qui recipit aliquid vltra sortē secundum mensuram damni ad arbitrium boni viri.

Scipio indigens pecunia adit Mercatorem rogans eum, vt mutuet illi 100. aureos.

Mercator habens in promptu negotium faciendum ostendit Scipioni impossibilitatem, & quod hoc non potest facere, nisi cum graui damno. At quia Scipio multum indiget tali pecunia, offert mercatori dare aliquid vltrà sortem ad arbitrium boni viri, ne damnum sustineat.

Quæritur an Mercator possit illud recipere?

Resp. affirmatiuè: quia non teneur cum suo damno mutuare, nisi in extrema proximi uecessitate; Dummodò tamen hoc verum sit; nam si fingeretur à mercatore, tunc esset

mu-

mutuum palliatum. Ità Cajet. in sum. & 2. 2. q. 78. art. 2. ad 1.

Alios casus expressos vide in opere. pag. 157.

Ad hæc faciunt propositiones damnatæ ab Innoc. XI. n. 41. & 42.

Videatur D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 1. & 2. in corp.

Casus circa hanc materiam vide in Opere.

ARTCVLVS III.

De vsura ex mutuo implicito, & de participantibus in vsura.

MVtuum implicitum interuenit in alijs contractibus à mutuo distinctiss: putà emptione &c.

De quibus vltrà dicta sit

Quando proueniat Vsura ex mutuo implicito.

Casus I.

Bernardus vendit nunc frumentum Rustico pro prætio nunc currente, sed soluendum Kalend. Maii: cum pacto, quod si isto tempore intermedio plùs valeat, plùs rusticus soluat; non tamen vult minùs accipere, si minùs valebit.

Casus De eo, qui vendit frumentũ cum pacto illicito.

Quæritur an licitè?

Resp. negatiuè; est enim vsura ex mutuo implicito, c. Navig. de Vsuris.

In summa regula generalis est, quod ex mutuo siuè explicito, siuè implicito, vltrà sortem nihil communiter recipi potest, aut sperari dicente Christo: Luc.8. *Mutuum date nihil inde sperantes.*

Regula generalis, quando in mutuo nō committatur vsura.

Casus.

Titius mutuat Petro 100. cum pignore superabundanti, & tria pro 100. & hoc quia habebat occasionem in promptu lucrandi ex dicta pecunia, quam relinquit, vt comodet Petro.

Casus De mutuante cum pignore superabundanti, & aliquid vltrà sortē recipiente propter lucrū cessans.

Quæritur an licitè?

Resp. negatiuè: cum enim in hoc contractu non sit, nisi mutuum, nihil potest recipi; quod si hoc graue videatur, mutuum dari relinquatur: non enim quis tenetur, nisi in casu extremæ necessitatis.

Vid. in op. art.2. casu 6. pag.157.

Quod si dicatur, quod aliquod potest recipere Titius, quia habebat in promptu occasionem lucrandi in dicta pecunia: hoc non videtur ad propositum; quia hoc lucrum non potest recipere ex mutuo.

Nec regula damni emergentis Titio prodest; ad ipsam enim tria requirnntur: quod pecunia sit iam exposita ad mercaturam; quod mutuans aliam non habeat; & quod cogatur ad mutuandum: quæ si concurrant in casu

po-

potest Titius aliquid recipere; sicuti nec hic adest contractus quasi censuarius; quia non datur ex Bulla Pij V. & si contendatur erit, mutuum palliatum, & non census. Videatur Pij V. Const. Cum onus &c. 14. Kal. Feb. ann.4. ad quam &c.

Multi sunt casus, in quibus licet recipere aliquid vltrà sortē merè gratis, & ex beneuolentia; de quibus sunt seq. vers.

Fœuda, fideiussor, pro dote, stipendia Cleri.
Venditio fructus, cui velles iure nocere.
Vendens sub dubio, prætium post tempora soluens.
Pœnam, nec fraudem lex commissoria gratis.
Dans socijs pompa, plùs modo recipere potest.

D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 1. ad 6. Tabien. §.7. Armil. §.9. eod. verb.

Circa ly prætium post tempora soluens, quia videtur habere difficultatem sit

Casus De eo, qui qui transacto tempore mutui exigit aliquid vltrà sortem pro damno.

Casus.

Thomas mutuat Antonio 100. aureos cum pacto, quod infrà triennium soluantur: post triennium multum adhuc temporis transit, quo Antonius non soluit semper Thoma reclamante, & suos nummos petente.

Quæritur an possit Thomas aliquid recipere ab Antonio propter damnum, quod

quod verisimiliter habuit ex tempore post triennium transacto?

Resp. affirmatiuè; quia non recipitur pro tempore, sed pro damno, c. peruenit de fideiuss. & c. conquestus de Vsura.

Cæterorum explicationem vide in opere n.4. pag.158.

Participantes in vsura.

Quantum ad participantes in vsura. In primis est familia vsurarij, de qua

Dico, quod si habeat aliundè, vndè viuat, non potest de bonis vsurarij ali: Si autem nihil habeat; tunc de ipsa discurrendum est sicut de pauperibus extrema necessitate laborantibus.

Casus

Casus De Vsurario eleemosinam faciēte ex vsuris.

[illegible]o vsurarius sciens PP. cuiusdam conuentus Ordinis Cappucinorum esse multum indigentes sæpè sæpiùs munera comestibilium ad eos mittit.

Quæritur an huiusmodi religiosi possint hæc recipere?

Resp. cum distinctione: vel huiusmodi Patres habent aliundè vndè viuant, & tunc certè ab vsurario nihil possunt recipere: prohibetur enim c. in voluntate de sent. excom. si autem nihil habeant, & sint in extrema necessitate; tunc possunt recipere; quia prohibitio solum fuit facta, ne Ecclesia videretur fauere vsuris, vt ait Pan. & Innoc.

Sic

Quid de seruis &c. Sic pariter discurrendum est de seruis seruientibus vsurarijs in illicitis.

Vide in op. De aliis cooperantibus consilio, auxilio, fauore &c. vide in opere n. 7. pag. 159.

Videatur D. Tho. 2. 2. q. 78. a. 4.

Census. Non agimus de censibus, quia cum omnes prohibeantur à Pio V. præter constitutum ab eo in sua Bulla, quæ incip. Cum onus &c. ideò ad ipsam vos remitto.



QVÆSTIO XI.

De Simonia.

Correspondet q. 100. D. Tho. 2. 2.

ARTICVLVS I.

De quidditate, & essentia Simoniæ, nec non de regulis generalibus eius.

Definitio Simoniæ. DEfinitur studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum. D. Tho. 2. 2. q. 100. a. 1. ad lit.

Pro.

Prohibetur à lege diuina: dicente D. Petro. act.7. *Pecunia tua tecum sit in perditione, quia &c.* & pluribus iuris cap. sed præcipuè à Conc. Trid. Sess.21. cap.1. & Sess.25. cap. 18. *Eius prohibitio.*

Pro hac sunt septem regulæ.

Prima, res purè spiritualis nullo modo emi, aut vendi potest. *Regulæ generales pro ipsa.*

Secunda, res composita ex spirituali, & temporali non potest vendi &c. ex ea parte qua spiritualis est, etiamsi spiritualitas sit minima.

Tertia, res composita &c. potest vendi &c. ex ea parte, qua temporalis est.

Quarta, res composita, &c. si in ea spirituale sit principale non potest absolutè vendi: si autem in ea temporale principale sit absolutè vendi potest.

Quinta, quamuis in casu necessitatis liceat pacisci de stipendio ministrantium spiritualia; tamen si fieri potest huiusmodi pactiones relinquantur, vt prohibitæ.

Sexta, quamuis per se non liceat locare opera in exercitationibus, quæ principaliter spirituales sunt; vt dicere missam: licet tamen per accidens ratione incommoditatis adiunctæ.

Septima, locare opera in his, quæ prin-

principaliter corporalia sunt, licet spiritualia illis adiungantur, vt est officium Sacristæ, &c. absolutè licet. Videantur opiniones damnatæ ab Innoc. XI. n.45.46. & D.Tho 2.2. q.100.ar.1. ad 5. & art.4. ad 1.

Sed vt ad particularia descendamus sit

ARTICVLVS II.

In quo plura circà casus particulares Simoniæ adnotantur.

Papa non potest dispēsare in Simonia.

NVlla persona, nec etiam Papa potest dispensare nec prò se, nec pro alio, quod accepta pecunia prò spirituali peccatum Simoniæ non committatur.

D. Tho. 2. 2. q.100. art.2. addens 4. sent. d.15. erroneam esse sententiam quæ contrarium asserit.

Quid in hoc Papa facere possit.

Potest tamen Papa facere, quod pœnæ iuris positiui Ecclesiastici non incurrantur. Anton. de But. Iacob. de lign. in cap. p. de Vsur.

Sicuti prohibetur prætium pro re spirituali, & munus, quod est à manu; ità etiam prohibetur munus, quod est ab obsequio, vel à lingua.

D. Tho. 2. 2. quæst.100. art. 3. 4. 5. ad lit.

Casus

Casus I.

Terentius volens beneficium curatum obtinere ab Episcopo impetrat etiam muneribus epistolam Principis spurεmi raccomandat.tiam illius. Ipse tamen est tali beneficio dignus, licet possit esse alter dignior illo.

Casus De eo, qui beneficium recipit ex Principis Epistola.

Quæritur an Simoniam faciat?

Resp. affirmatiuè: cum enim istæ sint præces armatæ ex parte petentis simoniam inducunt.

Quod si quæras, an Episcopus conferens etiam in hoc Simoniam faciat?

Casus De Episcopo benef. cōferente intuitu ep. Princip.

Resp. quod cum hoc faciat ad euitandum periculum, seu malum, quod potest inferre illi præces porrigens non videtur Simoniam committere. Si autem hoc faceret non ex timore, sed vt Principis fauorem haberet, tunc vtique Simoniam faceret.

II.

Petrus per longum tempus seruit Ecclesiæ hac intentione, vt beneficium eiusdem Ecclesiæ ipse recipiat.

Casus De inseruiente Ecclesiæ, vt beneficium conseq.

Quæritur an Simoniam faciat?

Resp. negatiuè: ex c. significasti extra: de Præbend.

III.

III.

Casus De inseruiente Episcopo, vt beneficium consequatur.

Curtius seruit Episcopo per longum tempus à secretis absque stipendio cum pacto, quod illi beneficium curatum optimum conferat.

Quæritur an ambo Simoniam faciant.

Resp. affirmatiuè; quia illa seruitus est prætio æstimabilis, & ideò intentio mala, c. Mandato extrà: de Simon.

IV.

Casus De eo, qui dat munus Episcopo, vt beneficium consequatur.

Thomas dat munus Episcopo propter beneficiũ. Quæritur an Simoniacè.

Resp. cum distinctione: nam aut munus est antecedens, & tale quod possit inclinare animum Episcopi ad tradendum beneficium, & tunc est simonia; vel de hoc adest pactum, & tunc pariter est Simonia in vtroque casu ex parte vtriusque: aut munus est parvum, ità vt non possit inclinare animum Episcopi, nec Thomas hac intentione tribuit, sed solum, vt sibi benevolum ipsum reddat; & tunc non est Simonia. Si denique munus sit ex post recepto beneficio, & de hoc nullum præcesserit pactum; sed solum traditur à Thoma pro gratitudine, tunc pariter nulla est Simonia.

Vi-

Videatur op. dam. ab Alex. VII. n. 22. & D. Anton. 2. p. tom. 1. cap. 5. §. 6. & Tabien. eod. verb. §. 10. &c.


ARTICVLVS III.

In quo soluuntur multi casus ex supradicta doctrina.

Casus plures videas in op.

CVm isti casus in opere sint iam ad formam redacti, ideò videantur ibi pag. 163.

Atque hæc de hoc tractatu.



TRACTATVS SEPTIMVS.

De Luxuria.

Continet q. 153. 154. *D. Tho.* 2. 2.

QVÆSTIO I.

De quidditate, & essentia Luxuriæ.

Correspondet q. 153. D. *Tho.* 2.2.

Luxuria est vitium Capitale.

EST vitium capitale. D. Tho. 2. 2. q. 153. art. 4.

ARTICVLVS I.

In quo ponitur, & explicatur definitio Luxuriæ.

Definitio Luxuriæ.

DEfinitur appetitus innordinatus Venereorum. D.Th. 2.2. q.153. art. 1. ad lit.

Explicationem videas in opere. p. 165

AR-

ARTICVLVS II.

Vtrum, & quandò Luxuria sit peccatum.

DE se, & ex genere suo est peccatum mortale: contrà Præceptum Decalogi: non mœcaberis: Non solum loquendo de ipsa circà speciem actus, sed etiam circà circumstantias, putà oscula, &c. ex prop. damn. ab Alex. VII num. 40. licet hoc secundum possit etiam esse sinè peccato, si fiat absque libidine, putà ex consuetudine patria. pag. 165.

Luxuria de se est peccatum.

Etiam quãtum ad circumstãtias: putà oscula &c.

D. Tho. 2. 2. q. 153. art. 3. & q. 154. art. 4. ad lit.

Actus venereus potest esse sine peccato, si fiat debito modo, & ordine secundum rectam rationem conuenientibus generationi humanæ. p. 166.

Quando in actu venereo non est peccatum.

D. Tho. 2. 2. quęst. 153. art. 2. ad lit.

Huiusmodi sunt actus coniugum; in quibus adhuc potest esse peccatum secundum plura:

Quandò actus coniugum sunt peccata.


Primò, si prætermittatur vas debitum, vndè generatio sequi non possit.

Secundò, si studiosè fundatur semen, vt faciebat Onias filius Iudæ, de quo Gen. 38. Et hæc duo semper sunt mortalia.

Tertiò, si fiat modis incongruis, seruato tamen debito vase; quod quāvis de se non sit mortale, potest tamen esse, vel propter periculum effusionis seminis, vel propter motum effrenatæ libidinis, quæ cum sint signa mortalis concupiscentiæ, ideò detestanda.

Quartò, ratione malæ intentionis: vt si habet intentionem deliberatam ad aliam personam; vel ità effrenatè rapitur ad actum, quod etiamsi vxor non esset, tamen adhuc libidinem expetet. Et tunc semper est mortale, in eo, qui hanc malam intentionem habet.

Quintò, si intrà limites matrimonij exerceatur talis actus causa delectationis est de se veniale; sic ex D. Tho. in 4. dist. 32. quæst. 1. art. 3. in O. & ex propos. dam. ab Innoc. XI. num. 9.



AR-

ARTICVLVS III.

Vtrum in cogitatione Venereorum possit esse peccatum.

DAtur peccatum in cogitationibus malis ex illo Christi Matth. 15. *De corde exeunt cogitationes malæ*: & Sapientiæ primò dicitur: *Peruersæ cogitationes separant à Deo.*

Datur peccatum in cogitatione mala.

Si quis de venereis cogitat ex propria instigatione ad bonum finem, & absque vllo periculo; vt Doctor, prædicator &c. non peccat; immò potest mereri: de pat.

Quandò non peccatum in illa.

Si quis strenuè insurgenti cogitationi resistit, non solum non peccat, sed vlteriùs meretur, dist. 6. cap. si pensandum.

Si quis insurgente cogitatione delectatur in ea, non tamen ratio eidem delectationi consentit; tunc solum adest peccatum veniale. Iuxtà supradicta tom. 3. q. 4. art. 2.

Quandò peccatum veniale, & quãdo mortale.

Si quis in cogitatione habeat delectationem morosam peccat mortaliter. Secundum omnes ex D. Tho. p. 2. q. 74. art. 8.

Ad delectationem morosam ista requiruntur: Primò aduertentia plenaria rationis; Secundò occasio non ne-

Quænam requirãtur ad delectationẽ morosam.

ceſſaria: Tertiò actus illicitus: & quartò obiectum malum peccatum mortale includens, & tunc ipſa quoque erit peccatum mortale.

Quod peccatũ ſit conſentire in actũ turpem.

Si quis conſentiat perfectè in actum turpem, faciet peccatum eiuſdem generis cum actu, mortale ſi mortalis, & veniale ſi venialis. D. Tho. p. 2. q. 74. art. 9.

Quæ requiruntur vt in cogitatione mala ſit peccatũ mortale.

Summatim loquendo, vt cogitatio mala ſit peccatum mortale iſta requiruntur:

Primò, quod actus ſit mortalis: Secundò, quod aduertat ratio: Tertiò, quod delectetur moroſè; & quartò quod poſitiuè conſentiat. Ità quod peccatum mortale non habeatur, niſi adueniat tertium, vel quartum.

ARTICVLVS IV.

Verum in materia Luxuriæ in alio poſſit eſſe peccatum, quam in opere, & cogitatione.

Poteſt eſſe peccatum in aſpectu mulierum.

PRimò, poteſt eſſe peccatum in aſpectu mulierum: vel enim caſu occurrunt, aut ex rationabili cauſa aſpiciuntur; putà ad laudandum Deum, &c. & in hoc non eſt peccatum: Vel ex curioſitate, & tunc eſt ſaltem veniale:

niale: Vel denique ex concupiſcentia, vt ſi quis libidinoſè exardeſcat in muliere; & hoc eſt mortale. Hoc prohibetur à Chriſto Matth. 5. *Qui viderit mulierem ad Concupiſcendum eam, iam Mœchatus eſt eam in corde ſuo.* pag. 170.

Caſus I.

Caſus De muliere, ac viro mutuo ſe aſpicientibus luxurioſè.

Polibius diebus feſtis vadit ad Eccleſiam, vbi concurſus eſt populi hac præciſa intentione, vt mulieres videat. Aſpicit Bertam, & philocaptus ab illa eam ſequitur ad colloquendum cum ea. Ipſa autem Berta videns Polibium inſequentem gaudet, & nutibus, ac aſpectibus oſtendit ſe de hoc gaudere; vndè magis ex hoc allectus exardeſcit in concupiſcentia eius.

Quæritur an ambo peccent mortaliter?

Reſp. affirmatiuè; hoc eſt enim videre mulierem ad concupiſcendam eam prohibitum à Chriſto. Ipſa quoque Berta peccat mortaliter, quia dat cauſam peccato Polibij. Extra: de iniur. & dam. dato c. ſi culpa. n. 2.

II.

Casus De Religioso faciente coram se denudare mulieres, vt cõstantiam suam probet

Curtius Religiosus, vt suam constantiam probet facit coram se denudare mulierem.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; & meo videri mortaliter ratione periculi; ratione scandali, & quia hoc est contrà naturalem honestatem: nec eius finis potest esse bonus; quia alio modo potest se probare, absque eo quod studiosè sibi laqueum paret. n.3.

Potest esse peccatum in turpiū confabulatione.

Secundò in turpium confabulatione potest esse peccatum; vel enim verba obscęna proferuntur ex quadam leuitate ad solatium &c. tunc secluso scandalo sunt veniale; vel proferuntur hac intentione, vt se, vel alium prouocet ad libidinem; vel vt se mente delectet in venereorum cogitatione, ac locutione, & tunc est mortale, nomine *stultiloquii*, inter mortalia ab Apo. ad Ephes.5. computatum. pag. 171.

Casus I.

Casus De eo, qui cantillenas cãtat amasiæ suæ lasciuijs plenas.

Bertoldus amans Birgittam ei de nocte cantilenas lasciuijs plenas cantat, quas ipsa libenter, & cum delectatione audit.

Quæritur an ambo peccent?

Resp.

Resp. affirmatiuè; & ambo mortaliter; Bertoldus ex mala intentione prouocandi amasiam ad turpia; Birgitta verò ex delectatione morosa, & consensu in malum &c. n. 5. & 6.

II.

Victorius scribit epistolam amatoriam, & ad turpia prouocantem Antoniæ eius amasiæ, mittens eam ministerio Bertæ Antoniæ famulæ. Antonia libenter epistolam recipit, & cum delectatione legit, & super illam multoties recogitat cum periculo pollutionis.

Casus De eo, qui scribit amasiæ suæ epistolā lasciuijs plenā.

Quæritur an peccent?

Resp. Victorium; & Antoniam peccare mortaliter, primus ex mala intentione, secunda verò ex morosa delectatione. Berta verò, si ignoret inuincibiliter quod in litteris continetur, nullo modo peccat; si putet solum continere amores honestos, & sciat nullum finem malum inter amasios, peccat solum venialiter; si autem nouerit intentionem Victorij, & ipsa verbis hanc adiuuare nititur absq; dubio mortaliter peccat: digni enim sunt morte æterna non solum, qui huiusmodi faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus: Apost. ad Rom. 1. num. 7.

Tertiò, denique in libidinosa con-

In libidinosa contrastione, quæ fit per oscula quando sit peccatum.

trectatione, quæ fit per oscula, amplexus &c. potest esse peccatum. Vel enim fit ob meram beneuolentiam ex consuetudine Patriæ &c. & tunc nullum est peccatum: vel fit merè ex libidine, & tunc est peccatum mortale ex propositionibus damnatis ab Alex. VII. n.40. pag.172.

D. Tho. 2. 2. quæst. 154. art. 4. ad lit.

Casus.

Casus De eo, *qui ex osculis de cõsuetudine patriæ factis habet delectationem.*


Britius ex consuetudine patria osculatur Annam, ac illi manum tangit, sed in tali actu insurgente in eo delectatione ab ipso non reprimitur, immò approbatur, vndè motum carnis sentit, quod & ostendit Annæ comprimendo manum. Anna verò potiùs hoc recipit cum displicentia, & statim à Britio se expedit. Posteà verò insurgente in ea cogitatione de Britio, eam non reijcit, vndè redeunte ad illam Britio cum pari delectatione osculatur, & tangit.

Quæritur an ambo peccent?

Resp. Britium quidem in vtroque actu peccare mortaliter ex delectatione morosa, & mala intentione. Anna verò licet in primo actu non peccet, quia dissentit; peccat tamen mortaliter in secundo, quia approbat malam intentionem Britij, & in actu se delectat. n.11.

Ad-

Aduerte, quod ista sunt peccata diuersa, si seorsim fiant; si autem absque disjunctione in ordine ad actum consummatum fierent vnum tantum conflarent mortale peccatum, de quo videatur opus n. 12. pag. 172.



QVÆSTIO II.

De diuisione Luxuriæ, seu de speciebus eius in particulari.

Correspondet q. 154. D. Th. 2. 2.

LVxuria in iure Can. d. 36. quæst. 2. §. cum ergò: diuiditur in quinque speties: Fornicatio, Stuprum, Adulterium, Incestus, & Raptus. *Diuisio Luxuriæ.*

His additur vitium contrà naturam, quod ideò inter supradictas speties non ponitur, quia ibi solum numerantur speties Luxuriæ, quæ humanæ naturæ non repugnant. D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 11. *Vitium cōtra naturā.*

Additur denique sacrilegium, quod ibi pariter nō numeratur, quia licet sit spetiale peccatum, tamen per omnes præfatas speties diuagatur. *Sacrilegium species luxuriæ.*

D. Tho. 2. 2. q. 154. art 10. ad 2.

ARTICVLVS I.

De eſſentia, & quidditate fornicationis.

Definitio fornicationis

DEfinitur illicitus concubitus ſoluti cum ſoluta.

De ſe eſt peccatum.

De ſe eſt peccatum mortale: ex prop. dam. ab Innoc. XI. n. 48. D.Tho. 2. 2. q. 154. art. 2.

Eſt ſpecies Luxuriæ.

Conſtituit ſpecialem ſpeciem luxuriæ neceſſariò in Confeſſione explicanda: ex prop. dam. ab Alex. VII. n. 25. p. 174.

Concubinarij non poſſunt ſimul commorari; ex prop. dam. ab Alex. VII. n. 41.

Caſus I.

Caſus De eo, qui ex copula illicita cõtra. bit affinitatem.

Tiberius habet rem cum Pulcheria vidua; qua mortua vellet ducere in uxorem Sabinam eiuſdem Pulcheriæ filiam.

Quæritur an poſſit?

Reſp. negatiuè; quia per fornicationem contrahitur affinitas, quæ impedit matrimonium vſque ad ſecundum gradum; licet ſecundum antiquos eſſet uſque ad 4.

II.

II.

Tarquinius habet ex ſua Concubina filiam. Relicta Concubina non vult filiam alere, nec dotare. *Casus De eo, qui nõ vult alere, nec dotare filiam ex Concubina habitam.*

Quæritur an peccet?

Reſp. affirmatiuè; & grauiter non ſolum contrà ius naturæ, ſed etiam Diuinum, ac Ciuile, l. vxorem, §. pater naturalis tit. de legatis.

ARTICVLVS II.

De Adulterio.

DEfinitur acceſſus ad alienum thorum. D. Tho. 2.2. q.154. art.4. ad lit. *Definitio Adulterii.*

De ſe eſt peccatum mortale grauiùs fornicatione. Et committitur etiam ſi maritus adulteræ conſentiat: ex prop. dam. ab Innoc.XI. n. 50. *Eſt de ſe mortale, & fornicatione grauius.*

Multis pœnis à iure punitur. Non tamen permittitur viro vxorem in adulterio deprehenſam occidere: ex prop. dam. ab Alex. VII. n.19. p.175.

Casus I.

Casus De muliere committente adulterium ex metu mortis sibi comminatæ.

Virginia à milite aggressa, vt inducatur ad adulterandum miles ei comminatur mortem. Ipsa mortem timens assentit in adulterio.

Quæritur an peccet, & pœnis adulterorum debeat puniri.

Resp. ipsam peccare mortaliter, quia assentit in re turpi ex violentia conditionali: Excusatur tamen à pœnis adulterorum ex l. vim passa, ff. de adult.

II.

Casus De muliere petente, ac reddente viro suo debitum, quem scit esse adulterum.

Pudentiana certò sciens virum suum in adulterio viuere patienter suffert, & dormit cum eo petens, ac reddens debitum.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; & mortaliter: ex decret. qui tenet adulteram factus est iniquus. d.32. q. 1. c. dixit domin.

III.

Casus De viro denuntiante vxorē suam

Titius sciens vxorem suam adulterare coram Episcopo eam defert, vt diuortium petat. Dum adulte-

rium

rium probatur. Quæritur an debitum reddere debeat?

coram Episcopo de adulterio, nũ teneatur reddere debitum lite pendente.

Resp. quod si certò sciat, vxorem esse adulteram non debet, immò non potest debitum reddere; & si redderet peccaret.

Sed quid si Ecclesia iubeat reddere debitum?

Resp. quod si certò sciat non tenetur obedire; secundum Archidiac. in cap. solet de sent. excomm. in 6. dummodò tamen possit statim probare; si enim probationes, vtpotè parui ponderis, longum exigerent tempus, tunc secundum eumdem teneretur obbedire.

Si denique Ecclesia inter ipsos faciat diuortium, quomodò intelliguntur seiuncti?

Resp. quod erunt separati quoad torum, non quoad vinculum; vndè licet non cohabitent, tamen non possunt alijs copulari: Concil. Trident. Sess.24. can.8.

AR-

cessaria: Tertiò actus illicitus: & quartò obiectum malum peccatum mortale includens, & tunc ipsa quoque erit peccatum mortale.

Quod peccatū sit consentire in actū turpem.

Si quis consentiat perfectè in actum turpem, faciet peccatum eiusdem generis cum actu, mortale si mortalis, & veniale si venialis. D. Tho. p. 2. q. 74. art. 9.

Quæ requiruntur vt in cogitatione mala sit peccatū mortale.

Summatim loquendo, vt cogitatio mala sit peccatum mortale ista requiruntur:

Primò, quod actus sit mortalis: Secundò, quod aduertat ratio: Tertiò, quod delectetur morosè; & quartò quod positiuè consentiat. Ità quod peccatum mortale non habeatur, nisi adueniat tertium, vel quartum.

ARTICVLVS IV.

Verum in materia Luxuriæ in alio possit esse peccatum, quam in opere, & cogitatione.

Potest esse peccatum in aspectu mulierum.

PRimò, potest esse peccatum in aspectu mulierum: vel enim casu occurrunt, aut ex rationabili causa aspiciuntur; putà ad laudandum Deum, &c. & in hoc non est peccatum: Vel ex curiositate, & tunc est saltem veniale:

niale: Vel denique ex concupiſcentia, vt ſi quis libidinoſè exardeſcat in muliere; & hoc eſt mortale. Hoc prohibetur à Chriſto Matth. 5. *Qui viderit mulierem ad Concupiſcendum eam, iam Mæchatus eſt eam in corde ſuo.* pag. 170.

Caſus I.

Caſus De muliere, ac viro mutuo ſe aſpicientibus luxurioſè.

Polibius diebus feſtis vadit ad Eccleſiam, vbi concurſus eſt populi hac præciſa intentione, vt mulieres videat. Aſpicit Bertam, & philocaptus ab illa eam ſequitur ad colloquendum cum ea. Ipſa autem Berta videns Polibium inſequentem gaudet, & nutibus, ac aſpectibus oſtendit ſe de hoc gaudere; vndè magis ex hoc allectus exardeſcit in concupiſcentia eius.

Quæritur an ambo peccent mortaliter?

Reſp. affirmatiuè; hoc eſt enim videre mulierem ad concupiſcendam eam prohibitum à Chriſto. Ipſa quoque Berta peccat mortaliter, quia dat cauſam peccato Polibij. Extra: de iniur. & dam. dato c. ſi culpa. n. 2.

II.

Casus De Religioso faciente coram se denudare mulieres, vt cōstantiam suam probet

Curtius Religiosus, vt suam constantiam probet facit coram se denudare mulierem.

Quæritur an peccet?

Resp. affirmatiuè; & meo videri mortaliter ratione periculi; ratione scandali, & quia hoc est contrà naturalem honestatem: nec eius finis potest esse bonus; quia alio modo potest se probare, absque eo quod studiosè sibi laqueum paret. n.3.

Potest esse peccatum in turpili confabulatione.

Secundò in turpium confabulatione potest esse peccatum; vel enim verba obscœna proferuntur ex quadam leuitate ad solatium &c. tunc secluso scandalo sunt veniale; vel proferuntur hac intentione, vt se, vel alium prouocet ad libidinem; vel vt se mente delectet in venereorum cogitatione, ac locutione, & tunc est mortale, nomine *stultiloquii*, inter mortalia ab Apo. ad Ephes.5. computatum. pag. 171.

Casus I.

Casus De eo, qui cantillenas cātat amasiæ suæ lasciuijs plenas.

Bertoldus amans Birgittam ei de nocte cantilenas lasciuijs plenas cantat, quas ipsa libenter, & cum delectatione audit.

Quæritur an ambo peccent?

Resp.

Resp. affirmatiuè; & ambo mortaliter; Bertoldus ex mala intentione prouocandi amasiam ad turpia; Birgitta verò ex delectatione morosa, & consensu in malum &c. n. 5. & 6.

11.

Casus De eo, qui scribit amasiæ suæ epistolã lasciuijs plenã.

Victorius scribit epistolam amatoriam, & ad turpia prouocantem Antoniæ eius amasiæ, mittens eam ministerio Bertæ Antoniæ famulæ. Antonia libenter epistolam recipit, & cum delectatione legit, & super illam multoties recogitat cum periculo pollutionis.

Quæritur an peccent?

Resp. Victorium; & Antoniam peccare mortaliter, primus ex mala intentione, secunda verò ex morosa delectatione. Berta verò, si ignoret inuincibiliter quod in litteris continetur, nullo modo peccat; si putet solum continere amores honestos, & sciat nullum finem malum inter amasios, peccat solum venialiter; si autem nouerit intentionem Victorij, & ipsa verbis hanc adiuuare nititur absq; dubio mortaliter peccat: digni enim sunt morte æterna non solum, qui huiusmodi faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus: Apost. ad Rom. 1. num. 7.

Tertiò, denique in libidinosa con-

In libidinosa contractione, quæ fit per oscula quando sit peccatum.

trectatione, quæ fit per oscula, amplexus &c. potest esse peccatum. Vel enim fit ob meram beneuolentiam ex consuetudine Patriæ &c. & tunc nullum est peccatum: vel fit merè ex libidine, & tunc est peccatum mortale ex propositionibus damnatis ab Alex. VII. n.40. pag.172.

D. Tho. 2. 2. quæst. 154. art. 4. ad lit.

Casus.

Casus De eo, qui ex osculis de cōsuetudine patriæ factis habet delectationem.

Britius ex consuetudine patria osculatur Annam, ac illi manum tangit, sed in tali actu insurgente in eo delectatione ab ipso non reprimitur, immò approbatur, vndè motum carnis sentit, quod & ostendit Annæ comprimendo manum. Anna verò potiùs hoc recipit cum displicentia, & statim à Britio se expedit. Posteà verò insurgente in ea cogitatione de Britio, eam non reijcit, vndè redeunte ad illam Britio cum pari delectatione osculatur, & tangit.

Quæritur an ambo peccent?

Resp. Britium quidem in vtroque actu peccare mortaliter ex delectatione morosa, & mala intentione. Anna verò licet in primo actu non peccet, quia dissentit; peccat tamen mortaliter in secundo, quia approbat malam intentionem Britij, & in actu se delectat. n.11.

Ad-

Aduerte, quod ista sunt peccata diuersa, si seorsim fiant; si autem absque disjunctione in ordine ad actum consummatum fierent vnum tantum conflarent mortale peccatum, de quo videatur opus n. 12. pag. 172.



QVÆSTIO II.

De diuisione Luxuriæ, seu de speciebus eius in particulari.

Correspondet q. 154. D. Th. 2. 2.

LVxuria in iure Can. d. 36. quæst. 2. §. cum ergò: diuiditur in quinque speties: Fornicatio, Stuprum, Adulterium, Incestus, & Raptus. *Diuisio Luxuriæ.*

His additur vitium contrà naturam, quod ideò inter supradictas speties non ponitur, quia ibi solum numerantur speties Luxuriæ, quæ humanæ naturæ non repugnant. D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 11. *Vitium cōtra naturā.*

Additur denique sacrilegium, quod ibi pariter nō numeratur, quia licet sit spetiale peccatum, tamen per omnes præfatas speties diuagatur. *Sacrilegiũ species luxuriæ.*

D. Tho. 2. 2. q. 154. art 10. ad 2.

ARTICVLVS I.

De eßentia, & quidditate fornicationis.

Definitio fornicationis

DEfinitur illicitus concubitus soluti cum soluta.

De se est peccatum.

De se est peccatum mortale: ex prop. dam. ab Innoc. XI. n. 48. D.Tho. 2. 2. q. 154. art. 2.

Est species Luxuriæ.

Constituit specialem speciem luxuriæ necessariò in Confessione explicanda: ex prop. dam. ab Alex. VII. n. 25. p. 174.

Concubinarij non possunt simul commorari; ex prop. dam. ab Alex. VII. n. 41.

Casus I.

Casus De eo, qui ex copula illicita cōtrabit affinitatem.

Tiberius habet rem cum Pulcheria vidua; qua mortua vellet ducere in uxorem Sabinam eiusdem Pulcheriæ filiam.

Quæritur an possit?

Resp. negatiuè; quia per fornicationem contrahitur affinitas, quæ impedit matrimonium vsque ad secundum gradum; licet secundum antiquos esset usque ad 4.

II.

II.

Tarquinius habet ex ſua Concubina filiam. Relicta Concubina non vult filiam alere, nec dotare.

Caſus De eo, qui nõ vult alere, nec dotare filiam ex Concubina habitam.

Quæritur an peccet?

Reſp. affirmatiuè; & grauiter non ſolum contrà ius naturæ, ſed etiam Diuinum, ac Ciuile, l. vxorem, §. pater naturalis tit. de legatis.

ARTICVLVS II.

De Adulterio.

DEfinitur acceſſus ad alienum thorum. D. Tho. 2.2. q.154. art.4. ad lit.

Definitio Adulterii.

De ſe eſt peccatum mortale grauiùs fornicatione. Et committitur etiam ſi maritus adulteræ conſentiat: ex prop. dam. ab Innoc. XI. n. 50.

Eſt de ſe mortale, & fornicatione grauius.

Multis pœnis à iure punitur. Non tamen permittitur viro vxorem in adulterio deprehenſam occidere: ex prop. dam. ab Alex. VII. n. 19. p. 175.

rium probatur. Quæritur an debitum reddere debeat?

Resp. quod si certò sciat, vxorem esse adulteram non debet, immò non potest debitum reddere; & si redderet peccaret.

Sed quid si Ecclesia iubeat reddere debitum?

Resp. quod si certò sciat non tenetur obedire; secundum Archidiac. in cap. solet de sent. excomm. in 6. dummodò tamen possit statim probare; si enim probationes, vtpotè parui ponderis, longum exigerent tempus, tunc secundum eumdem teneretur obbedire.

Si denique Ecclesia inter ipsos faciat diuortium, quomodò intelliguntur seiuncti?

Resp. quod erunt separati quoad torum, non quoad vinculum; vndè licet non cohabitent, tamen non possunt alijs copulari: Concil. Trident. Sess.24. can.8.

coram Episcopo de adulterio, nõ teneatur reddere debitum lite pendente.

AR-

ARTICVLVS III.

De Stupro.

Definitio Stupri.

DEfinitur, quod sit illicita Virginis defloratio: & per ly virginis intelligitur fœminæ.

Est speciale peccatum.

Est speciale peccatum, quia specialem deformitatem includit.

Et species luxuriæ.

Et est speties determinata luxuriæ. D. Tho. 2. 2. q.154. art.6. ad lit.

Duplex iniuria in ipso

Habet in se duplicem iniuriam; vnam ex parte puellæ, alteram ex parte parentum; si puella sub eorum sit cura: & ideò stuprator ad duo tenetur in conscientia.

Primò, ad satisfaciendum puellæ secundum promissum.

Secundò, ad satisfaciendum parentibus saltem eos placando. Sed circà primum sit

Casus I.

Casus De eo, qui stuprat Virginem vltrò se offerentẽ, & de cõsensu parentũ.

Pomponius Stuprauit Bertam vltrò se offerentem, etiam de consensu parentum.

Quæritur an ad aliquid teneatur.

℞. Peccare quidem mortaliter peccato Stupri, vt supponitur; ad nihil autem teneri propter vltroneam oblationem:

nem: volenti, enim, & consentienti non fit iniuria.

Sed quid de parentibus consentientibus, vel vltrò offerentibus?

Dico, quod pessimi sunt lenones digni morte æterna, & temporali; si enim non licet seruis in hoc dominos adiuuare ex prop. dam. ab Innoc. XI. n. 51. Multò minùs licebit parentibus consentire, aut spontè offerre.

H.

Casus De eo, qui promissionibus extorquet copulã à Virgine, non credente, & consentiente.

Theodosius promissionibus extorquet copulam à Theodora, putà promittendo eam ducere in Vxorem. Ex alia parte Theodora, vtpotè ignobilis, non plenè credit Theodosio valdè nobili, hoc tamen non obstante sinit se deflorare.

Quæritur ad quid teneatur Theodosius?

Resp. quod tenetur eam dotare condecenter ad suum statum ad arbitrium boni viri; non enim potest adstringi ad standum promisso propter graue scandalum, & magnam disparitatem; ratione cuius clarè patet, quod Theodora voluit decipi. pag. 179.

Et hæc quantum ad stupratorem.

Non peccat Virgo stuprata, si violentia ei inferatur.

Quantum verò ad stupratam dico, quod si ei violentia inferatur animo semper renitente, ipsa nec peccat, nec virginitatem amittit, licet signaculum virginitatis perdat.

Nec si se de-fēdēdo stu-pratorē oc-cideret. Immò si se defendendo stupratorem occideret, non ob vindictam, nec homicidium intendens, sed ob suam defensionem non peccaret; quia vim vi repellere licet de iure naturæ, d. 1. cap. ius naturale.

Non potest abortū pro-curare. Nullo tamen modò potest abortum procurare, vt ex prop. dam. ab Innoc. XI. n.34.

ARTICVLVS IV.

De Raptu.

Definitio Raptus. DEfinitur: violenta puellæ à domo patris abductio, vt corrupta in vxorem habeatur. dist. 36. q. 1. c. de raptoribus.

Est semper mortale pec-catum. Est semper peccatum mortale; inducens nouam speciem Luxuriæ, non ratione actus venerei, sed ratione iniuriæ, quæ principaliter fit parentibus.

Differt à stupro. Differt à stupro, quatenùs custodia parentum per se primò læditur in raptu; in stupro verò solum de secundariò. D. Tho. 2. 2. q.154. art.7.

Quādò pos-sit raptor, raptam du-cere in vxo-rem. Raptor potest raptam ducere in vxorem, si liberè ipsa consentiat; hoc est si in loco libero, ac tuto constituatur, de quo videatur Conc. Trid. in Dec. Sess.24.cap.6.

Cui danda virgo quan-dò vni est de- Si esset alteri desponsata per verba de futuro, & cum raptore contrahat

per

per verba de præsenti voluntariè, cum eo remanere debet; sed si sit sponsa alterius per verba de præsenti illi est reddenda, dist.36. q.1. c. lex illa. p.181

sponsata de futuro, & cõtrabit cũ raptore voluntariè de præsenti.

Casus I.

Casus De eo, qui contraxit spõsalia cũ virgine, eam rapiente ob moram parentum.

Serapio, desponsata sibi Barbara, cum parentes tardent eam illi dare, per vim abducit.

Quæritur an raptor dici debeat?

Resp. quod quamuis peccet mortaliter vim inferendo; excusatur tamen à crimine raptus stricto modo, vndè nec potest, vt raptor puniri: hoc habet Gelasius Pap. c.2.d.36. q.2. dicens: quod lex præteritorum Principum, ibi raptum dicit esse commissum, vbi puella, de cuius nuptijs nihil actum fuerat, videbatur abducta.

II.

Casus De rapiente vxorem suã volentẽ monasterium intrare.

Curtius, cum sibi desponsauerit Leonoram de præsenti, volenti ipsa Monasterium intrare, rapit, & carnaliter cognoscit.

Quæritur an sit raptor?

Resp. negatiuè: vsus est enim re sua, licet non debito modo. Host. Nec ipsa posteà poterit monasterium intrare contrà eius voluntatem. p.182

AR.

ARTICVLVS V.

De Incestu.

Definitio Incestus.

DEfinitur, quod sit coniunctio carnalis cum coniuncta consanguinitate, aut affinitate, vel cognatione legali, aut spirituali. D. Tho. 2. 2. q.154. art.9. pag.182.

Definitio Consanguinitatis.

Consanguinitas definitur: vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, 3. p. q.54. art.1.

Gradus ipsius.

Quatuor gradus assignantur in decretali c. non debet: extra: de consanguin. & affin. in quibus non potest contrahi matrimonium.

Primus, fratres, & sorores carnales, qui etiam germani dicuntur.

Secundus, filii germanorum, qui consubrini dicuntur.

Tertius, filij consubrinorum, seu cusinorum.

Quartus, denique filij prædictorum.

Isti gradus sunt coniunctorum lateraliter, in linea enim ascendentium, & descendentium omninò prohibitum est contrahere matrimonium.

Qui ergò aliquam ex his consanguineis carnaliter cognosceret incestum committeret, & tantò grauiorem, quantò coniunctior est gradus; vndè in

in linea aſcendentium, & deſcendentium erit inceſtus grauiſſimus. p. 183.

Definitio Affinitatis.

Affinitas definitur: coniunctio, vel propinquitas orta ex carnali copula inter fœminam, & conſanguineos viri, cui copulata eſt; ſimiliterque inter marem, & conſanguineos fœminæ, cui eſt copulatus, c. fraternitas 35. q. 20. D. Tho. 4. ſent. diſt. 4. q. 1. art. 1.

Eius diuiſio

Eſt duplex, vna proueniens ex copula licita, ſeu matrimoniali; altera ex copula illicita.

Gradus affinitatis ex copula licita.

In prima, quatuor gradus aſſignãtur, & ſunt: Primus, fratres Petri v. g. cui copulata eſt Antonia; Secundus Conſubrini eiuſdem Petri; Tertius, filij conſubrinorum; & quartus filij eorum; quod omninò dicendum eſt, de conſanguineis Antoniæ reſpectu Petri.

Eius gradus ex copula illicita

In ſecunda, duo tantum gradus aſſignantur à Conc. Trid. Seſs. 24. cap. 4. de reformatione Matrimonij, ius antiquum reſtringente.

Si præcedant matrimonium illud dirimunt iure Eccleſiaſtico. Si ſuperueniant, non dirimunt matrimonium, ſed dumtaxat vſum illius impediunt; quantum ad rationem petendi debitum in inceſtuoſo, non verò reddendi.

In his committitur inceſtus iuxtà ſupradicta de conſanguinitate. p. 183.

Casus I.

Casus De filio habente rem cum sorore nouercæ suæ

Petrus habet filium antequam contrahat cum Antonia. Postquam contraxit cum Antonia, filius eius grandeuus factus habet rem cum Martha sorore Antoniæ.

Quæritur an huiusmodi filius incestum committat?

Resp. quod licet peccet mortaliter peccato fornicationis; si sit solutus cum soluta, non tamen committ:t incestum; quia sicuti non prohiberetur illi eam ducere in vxorem ex D. Tho. 4. sent. dist. 41. q. 1. art. 1. quæstiuncula 1. sic eorum coniunctio non facit copulam incestuosam.

I I.

Casus De eo, qui accedens ad sororẽ vxoris suæ, seminat extrà vas.

Thomas accedens ad Iuliam sororem vxoris suæ, vt cognoscat eam, licet intret in os vuluæ, non tamen opus ad intrà consumat.

Quæritur an incestum committat?

Resp. quod licet peccet mortaliter, non tamen peccato incestus, quia ad hoc requiritur concursus duorum seminum. In dubio tamem Ecclesia iudicaret, quod sic; causa euadendi crimen, si affinitas esset contracta, c. iuuen.s, extra: de sponsalibus.

Co-

Cognatio legalis definitur: propinquitas, ex adoptione alicuius in filium, proueniens. Hæc iure Eccles. & Ciuili matrimonium dirimit. D.Th. 4. sent. dist.42. q.2. art.2.

Definitio cognationis legalis.

Cognatio spiritualis contrahitur in collatione quorundam sacramentorum, scilicet, Baptismi, & Confirmationis.

Cognatio spiritualis in quibusnam sacramētis cōtrahatur.

Duo in ipsa gradus assignantur. Primus dicitur Paternitas, & contrahitur inter eum, qui tenet, vel sacramentum confert, & eum, qui tenetur.

Ipsius Gradus duo.

Secundus dicitur Compaternitas, & contrahitur inter Patrem, & Matrem eius, qui tenetur, & inter eum, qui tenet, vel etiam qui Sacramentum confert. De quo videatur Conc. Trid. Sess.24. cap. 2. de Reform. Matrim.

Casus.

Tiberius Marchio mittit procuratorem ad leuandum Antonium à sacro fonte.

Casus De mittente Procuratorem ad leuādum puerū ad sacrum fontem.

Quæritur quis eorum dicatur Antonij spiritualis Pater.

Resp. quod in hoc duplex est sententia: alij dicunt esse procuratorem, innixi verbis Concilii. Alii ab opposito dicunt esse mittentem, & citant declarationem Sac. Cong. Mihi placet prima, cum nō viderim declarationem.

Sum-

Summatim loquendo; omnis commixtio extrà matrimonium inter habentes huiusmodi gradus Consanguinitatis, &c. est incestus, propter incongruitatem commixtionis. Videatur D. Tho. 2. 2. q.154. art.9. & in opere pag.184.

ARTICVLVS VI.

De Sacrilegio.

Definitio Sacrilegij.

EST speties luxuriæ: D. Tho. 2. 2. q.154. art. 10. quod probat, &c.

Definitur, quod sit coitus exercitus per personam sacram, vel cum persona sacra, vel in loco sacro. Et ideò committitur.

Quotuplex.

Primò si aliquod opus carnale committeretur in Ecclesia spontè: & tunc Ecclesia indigeret reconciliatione: extra: de Consec. dist. 1. cap. Ecclesijs; quod intelligit Hostiensis, quandò delictum est manifestum.

Secundò, quilibet Sacerdos opus luxuriæ perpetrans; dist.82. cap. Presbyteri.

Tertiò, quicumque per votum castitatis est Deo deuinctus per opus luxuriæ sacrilegium committit: dist. 27. q.1. c. viduas p.

Quartò, denique, & omnium maximè ab his, qui ad virgines Deo dicatas,

catas,

catas; & desponsatas luxuriosè accedunt, dist. 27. q. 1. cap. nec aliquis.

Ipsæ quoque Virgines magnum Sacrilegium committunt frangentes fidem sponso suo cœlesti: dist. 32. q. 5. c. si Paulus.


Ex quibus patet, quod Sacrilegium potest concurrere cum diuersis speciebus Luxuriæ: Si quis enim abutatur persona sibi coniuncta cognatione spirituali erit Sacrilegium ad modum incestus.

Si Virgine Deo consacrata; in quantum sponsa Christi, est adulterium.

In quantum est sub cura Patris spiritualis est stuprum.

Si denique violentia inferatur, erit raptus.

Istæ circumstantiæ variant speciem, & ideò explicandæ in confessione; etiamsi in vno, & eodem peccato concurrerent. pag. 185. 186.



ARTICVLVS Vltimus.

De Vitio contrà naturam.

Species vitii contrà naturam.

EST speties luxuriæ ab alijs distincta: D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 11.

Habet alias speties sub se; & sunt molities, sodomia, innaturalitas, & bestialitas: ex prop. dam. ab Alex. VII. num 24.

Molities est voluntaria seminis emissio extrà copulam.

De se, si est voluntaria est peccatum mortale: ex prop. dam. ab Innoc. XI. n. 49. pag. 187.

Casus.

Casus De patiente pollutionem in somnio ex causa rationabili.

Pomponius pollutionem in somnio passus est, ad quam dedit causam audiendo turpia in Confessione. Ex post tamen non consentit, sed potiùs dolet.

Quæritur an peccet?

Resp. negatiuè: causa enim data est rationabilis, & forsan necessaria; si autem esset irrationabilis causa, putà super-

superfluitas cibi, vel potus; siuè ex post gauderet; tunc certè mortaliter peccaret.

Sodomia fit per concubitum non ad debitum sexum. D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 11.

Quinam cõcubitus sit sodomia.

De se est peccatum mortale, & species luxuriæ ab alijs distincta, quod patet ex eius deformitate.

Casus.

Tiburtius abutitur sua vxore in vase præpostero, putans nullum esse peccatum; ex eo quod credit se habere dominium absolutum suprà corpus suæ vxoris; & alias non potest vti ea in vase naturali propter periculum mortis, quod semper habet vxor pariendo.

Casus De eo, qui abutitur vxore sua in vase præpostero, putans nullum esse peccatum.

Quæritur an peccet, & quo peccato.

Resp. quod hoc peccatum de se est grauissimum; non tamen reducitur ad Sodomiam, sed ad aliam speciem innominatam, quæ dicitur innaturalitas: vndè Tiburtius hoc faciens mortaliter peccat, dummodò non excusetur ab ignorantia inuincibili. p. 190.

Bestialitas fit per concubitum ad rem non eiusdem speciei. D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 11.

Quinam concubitus sit bestialitas.

Est peccatum mortale constituens speciem luxuriæ ab alijs distinctam,

Est mortale & species luxuriæ.

vt patet ex ſpeciali deformitate.

Eſt tamen ſpeties ſpetialiſſima, vndè ſivè fiat cum hac, vel illa belua ſemper idem erit peccatum; niſi diuerſificetur ab intentione.

Caſus.

Caſus De muliere habēte rem cum dęmone incubo.

Berta habens dęmonem incubum ſibi familiarem ſæpè ſæpius abutitur eo cum magna ſui delectatione.

Quæritur quo peccato peccet?

Reſp. hoc peccatum de ſe ad beſtialitatem reduci; habet tamen adiunctam deformitatem alterius vitij, ſcilicet ſuperſtitionis, ad quam ſpectat ſocietas cum dœmone, & ideò neceſſariò explicanda in Confeſſione.

Caſus De muliere petēte à dęmone ſemen virile.

Sed quid ſi Berta non contenta illius acquoſitatis ad modum ſeminis à dęmone confecta peteret ſemen virile?

Reſp. quod ſi hoc peteret indefinitè, vt ſolum haberet delectationem, quæ ex ſeminum commixtione oritur; tunc peccaret vltrà hæc omnia peccato fornicationis. Si autem peteret ſemen determinatum ex affectu ad aliquam perſonam tunc adderet peccatum ex intentione ſecundum qualitatem perſonæ: putà inceſtus, ſi cum conſanguineo &c.

Innaturalitas quid.

Innaturalitas, ſeu modus innominatus tunc fit, quandò non ſeruatur debi-

debitus modus, aut debitum instrumentum. D. Tho. 2. 2. q. 154. a. 11.

Fit dupliciter; vel vtendo membro innaturali; putà si vir accedat ad mulierem in vase præpostero; vel seminet in ore &c. *Quādò fiat.*

Et ista sunt nequissima peccata ab omnibus detestanda, dist. 32. quæst. 2. c. adult.

Alio modo abutendo membro naturali; vt si mulier supergrediatur virum, si vir accedat ad mulierem modo præpostero, seruato tamen vase naturali. Et hæc aliquandò sunt mortalia, si fiant ex libidine aliquandò nullum includunt peccatum, si fiant ex necessitate ab vxoratis, putà ex fœtiditate anellitus; de quibus videantur casus particulares in opere. pag. 194. *Peccata cōiugum.*

Addo, quod accessus ad vxorem in vase præpostero ad erigendam virgam, nunquam potest esse licitus, cum semper secum afferat affectum sodomiticum. Ad quid enim non erigitur in vase naturali, & erigitur in vase præpostero, nisi ob affectum sodomiticum. Caueant ergò vxorati, &c. quia peccant &c.

QVÆSTIO III.

In qua breuiter exponuntur filiæ Luxuriæ.

Octo filiæ Luuriæ. FIliæ luxuriæ octo assignantur à D. Greg. 31. moral. D. Tho. 2. 2. q. 153. art. 5.

Cæcitas mētis quid. Prima est cæcitas mentis, quæ consistit in hoc, quod quis ità mente sit deditus, & occupatus circà carnalia, quod nesciat cogitare de Deo.

Ipsa triplex Triplex: prima per quam carnalis homo spir.tualia non intuetur excæcatus ex nimia affectione ad carnalia. Secunda per quam necessaria ignorat. Et tertia per quam homo priuatur iudicio in eligendo.

Verè, & propriè est peccatum mortale. D. Tho. 2. 2. quæst. 15. art. 1. ad lit.

Quid præcipitatio. Secunda est præcipitatio, quæ consistit in hoc, quod homo de agendis, vbi potest esse dubium, non habet sufficientem examinationem, sed subitò disponit, ponens se ad faciendum, quod menti occurrit. D. Tho. 2. 2. q. 53. art. 3.

Quādo peccatum mortale, & quā do veniale. Aliquandò est peccatum mortale, si sit cum contemptu diuinæ legis, vel cum graui damno suæ salut s. Aliquandò veniale, si quid præcipitanter ope-

operetur abſque detrimento eorum, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. D. Anton. 2. p. tit. 5. c. 10. §. 1.


Tertia eſt inconſideratio, quæ prout filia luxuriæ definitur; impedimentum rationis à bono iudicio agendorum propter delectationem veneream. *Quid inconſideratio.*

Ad hanc reducitur incircumſpectio, & incautella; prima circà circumſtantias non conſideratas; Secunda circà eaſdem non rectè electas. D. Tho. 2. 2. q. 53. art. 4. *Alia vitia ab ea deriuantia.*

Quarta eſt inconſtantia, quæ prout eſt filia luxuriæ definitur, quod ſit receſſus à bono diuino, & debito propoſito propter delectationem veneream. D. Tho. 2. 2. quæſt. 53. art. 5. ad lit. *Quid inconſtantia.*

Quinta eſt amor ſui: Sexta Odium Dei: Septima amor præſentis ſæculi: & octaua deſperatio futuri; de quibus videatur D. Tho. 2. 2. q. 46. art. 3. & q. 153. art. 5. pag. 194. *Aliæ tres filiæ luxuriæ.*

Atque hæc de hoc tractatu &c.



TRACTATVS OCTAVVS

De Gula, & aliјs vitiis capitalibus.

QVÆSTIO I.

De natura, & quidditate gulæ, nec non de eius speciebus, ac filiabus.

Correspondet q.48. D.Tho. 2.2.

Definitio gulæ. DEfinitur, quod sit immoderatus appetitus cibi, & potus.

ARTICVLVS I.

Vtrum gula sit peccatum, & quandò mortale.

De *se est peccatum.* DE se est peccatum. D.Tho. 2.2. q.148. art.1. ad lit.

Quãdò mortale. Tunc est mortale, quandò ipsum finem attingit; tunc verò veniale, quandò

dò inordinatio concupiſcentiæ eſt tantum circà ea, quæ ſunt ad finem.

Quandò veniale.

D. Tho. 2. 2. q. 148. art. 2. in corp. & q. 14. de malo art. 2.

Caſus.

Caſus De duobus quorū vnus nimio cibo delectatur, alter verò ſolū ne eum perturbet plùs iuſto grauatur.

Pomponius vir nobilis voluptatibus ded tus ſemper lautiſſimos cibos quærit, & dulciſſima vina; de his ſemper loquitur, de his cogitat, nec ad aliud intendit; vndè à cœna non ſurgit, niſi cibis repletus, niſi vinolentus. Baldaſſar vir alias continens, ab eo inuitatus ad cęnam ſentit ſe plùs iuſto grauari, attamen ne eum perturbet comedit plùs ſolito, non tamen tantum, quod graue nocumentum poſſit illi afferre.

Quæritur an peccent, & quomodò?

Reſp. Pomponium peccare mortaliter; quia conſtituit ſuum vltimum finem in cibis; & eius venter Deus eſt illi. Baldaſſar verò peccat ſolum venialiter, quia eius inordinatio eſt ſolum circà circumſtantias &c.

Ad hæc facit op. dam. ab Inn. XI. n. 8.

Cæteros caſus vide in opere. p. 195. 196.

ARTICVLVS II.

De grauitate gulæ.

Grauitas gulæ.

GVla non habet grauitatem super alia peccata de se, & absolutè; sed solum ex parte effectus consequentis. D. Tho. 2. 2. q. 148. art. 3. ad lit.

Casus I.

Casus De eo, qui infert graue nocumentũ suæ naturæ in cibo, & potu.

Curtius ex nimio potu maximum nocumentum infert suæ naturæ, vndè quasi paraliticus vix stare potest.

Quæritur an graviter peccet?

Resp. affirmatiuè ex graui nocumento, & eò maximè, quia videtur ab ipso intentum propter &c.

D. Tho. vbi suprà ad 3.

II.

Casus de eo, Qui in cibo & potu grauiter damnificat suam familiam.

Scipio nimis lautè viuens in cibo, ac potu magnum detrimentum infert suæ familæ, vndè suos filios in maxima paupertate relinquit.

Quæritur an grauiter peccet?

Resp. affirmatiuè propter damnum illatum, ex eodem D. Tho. ibid. ad 6. pag. 196.

AR-

ARTICVLVS III.

An conuenienter assignentur species Gulæ.

Resp. SIc: & hoc carmine continentur. *Speties Gulæ.*

Præproperè, lautè, nimis, ardenter, studiosè.

D.Tho.2.2.q.148.a.4. ad lit. p. 197.

ARTICVLVS Vltimus.

De filiabus Gulæ, per quas dicitur vitium Capitale.

EST vitium capitale. D.Tho. 2.2. q.148. art.5. ad lit.

Ab ipsa oriuntur quinque filiæ: inepta lætitia, scurilitas, immunditia, multiloquium, & hebetudo mentis circà intelligentiam. *Filiæ Gulæ.*

D.Tho.2.2.q.148.a.6. ad lit.

Earum explicationem vide in opere pag. 197.

QVÆSTIO II.

De Ira.

Correspondet q. 158. D. Tho. 2. 2.

Definitio Iræ.

DEfinitur: accensio sanguinis circà cor ob appetitum vindictæ. Ponitur inter vitia capitalia à D. Gregor. 31. moral. &c.

ARTICVLVS I.

An ira sit peccatum, & quandò.

Ira in motu primò primo nō est peccatum.

IRa sistens in parte sensitiua præcisè, & anteuertens actum voluntatis non potest esse peecatum. Huiusmodi sunt motus primò primi. D.Tho. 2.2. q.158. art.2. ad lit.

Ira quando est virtus.

Ira, quæ procedit ex consensu voluntatis, & est secundum rectam rationem v rtus est: huiusmodi est ira per zelum.

D. Tho. 2. 2. q.158. a.1. & 2. ad lit.

Quando est peccatum.

ra, quæ procedit ex consensu voluntatis, & exorbitat à recta ratione peccatum est: huiusmodi est ira ad vindictam. D.Th.2.2.q.158.a.2.ad lit.

Ira

Ira inordinata ex parte obiecti appetibilis ex genere suo est peccatum mortale; potest tamen adhuc esse veniale propter imperfectionem actus. D.Tho. 2.2. q.158. art.3. ad lit. *Ex obiecto appetibili de genere suo est mortale.*

Ira innordinata quantum ad modum de se non habet rationem peccati mortalis; potest tamen esse talis, si faciat excidere à dilectione Dei, & proxim. D. Tho.2.2. q.158. art.3. ad lit. pag.198. *Ex modo de se non est mortale; secus si dilectionem Dei & proximè auferat.*

ARTICVLVS II.

De spetiebus, & gradibus iræ, necnon de filiabus eius.

TRes speties iræ communiter assignantur à DD., sed diuersimodè nominantur. Alij feleam, maniam, & furorem. Alij acutam, amaram, & difficilem. Alij denique iram, iracundiam, & furorem. *Speties iræ.*

Videatur D. Tho. 2. 2. q.158. art.5. *Gradus iræ*

Tres gradus pariter in ea assignantur, qui possunt in qualiber spetie reperiri: in corde, in verbis, & cum prorumpit vsque ad facta: de quibus Christus in Euang. Matth.5.

Sex filiæ sunt eius: rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & bla- *Filiæ iræ.*

blaſphemia. D.Tho.2.2.q.158. art.7. ad lit. pag.199.

Rixa importat nocumentum factis proximo factum; quod fit per adulterium, homicidium, &c. de quibus in ſuis locis.

Tumor mentis eſt cogitatio de vindicta, per quam homo conatur, & fit audax ad attentandam ipſam: vnde tantum participat de peccato, quanta eſt vindicta, quæ fieri cogitatur.

Clamor importat inordinatam, & confictam loquutionem. Et de ſe eſt veniale, niſi fiat mortale propter ſcandalum. pag.199.

De Scandalo.

Definitio ſcandali. SCandalum, definitur, quodlibet obſtaculum, quo aliquis vel ad malum perducitur, vel à ſalute impeditur.

Eius diuiſio. Duplex actiuum, & paſſiuum. Primum importat dictum, vel factum minùs rectum occaſionem præbens ſpiritualis ruinæ. Secundum eſt, quandò præter intentionem operantis, & conditionem operis aliquis malè diſpoſitus ex tali opere commotionem animi à bono patitur. Sic Phariſei murmurantes de Chriſto.

Sub diuiſio. Actiuum dupliciter conſideratur: per ſe, & per accidens. Primum continet apertam intentionem ruinæ pro-

ximo.

ximorum. Secundum autem tunc est, quandò præter hanc intentionem fit aliquod malum, vel apparenter tale coram proximo, qui de hoc scandalum sumere potest, licet hac intentione non fiat.

Potest esse mortale, vel veniale secundum diuersitatem actus, & intentionis. Ad quod explicandum sit *Modo mortale, modo veniale.*

Casus I.

Casus De eo, qui ostendit pudẽda ad inducendum risum.

Titius in quodam congressu ostendit pudenda ad inducendum risum in alijs.

Quæritur quo peccato peccet?

Resp. peccare mortaliter ratione scandali actiui: licet enim eius intentio sit inducere solum ad veniale; actio tamen de se mortale facit.

II.

Casus De eo, qui nutibus vult mulieres inducere ad peccatũ.

Terentius facit quosdam nutus ridiculos manibus, vt mulieres adstantes inducat ad peccandum.

Quæritur, quomodò peccet?

Resp. peccare mortaliter ratione scandali actiui; licet enim eius actio sit de se solum venialis, tamen ratione intentionis fit mortale. Vndè si solum intenderet risum in adstantes, &c. solum venialiter peccaret.

III.

Casus De eo, qui ingreditur domum meretricis à pluribus obseruatus ad malum finẽ.

Cneius intrans domum meretricis ad malum finem videt à pluribus obseruari; vndè recogitat, quod isti certè de eo scandalizabuntur; ipse tamen scandalum non intendit.

Quæritur an peccet mortaliter?

Resp. affirmatiuè: ratione scandali per accidens ex opere inducens ad mortale.

Sed quid si eius operatio esset solum venialis; putà si salutaret meretricem nulla mala intentione, sed solum vt ad risum adstantes concitaret.

Resp. quod peccaret solum venialiter; quia nulla est assignabilis causa, quæ possit peccatum mortale inducere; nisi tamen esset persona religiosa, cui hoc facere repugnaret.

IV.

Casus De Religioso ingrediẽte domum meretricis ad bonum finem.

Pomponius vir Religiosus vocatur ad domum Meretricis ad ipsius confessionem audiendam, dum grauiter decumbit. Videntes aliqui eum ad meretricem accedentem, & infirmitatem nescientes, scandalizantur.

Quæritur an Pomponius peccet?

Resp. negatiuè: scandalum est enim passiuum. Peccant verò mortaliter sic scan-

ſcandalum ſumentes, tum ratione ſcandali paſſiui, tum propter iudicium temerarium, quod ſemper ad hoc conſequitur.

Sed quid ſi Pompon us aduertat, multos ſcandalizari; debet ne relinquere ingreſſum ad meretricem ad audiendam Confeſſionem?

Caſus De eo, qui ingreditur domum meretricis ad procurandũ ſibi bonum temporale.

Reſp. negatiuè: ex reg. iur. in 6. vtiliùs ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinquatur. Quod etiam dicendum eſt de damno temporali graui.

Secùs tamen, ſi paruum, aut nullum eſſet damnum: vndè Apoſt. 1. Cor. c. 8. *Non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.*

Qui plura de hoc videre optat, legat D. Tho. 2.2. q.43. per totam, & in opere. pag.200.

Definitio indignationis.

Indignatio eſt, qua homo indignatur contrà proximum, tamquam indignum ſua conuerſatione, affabilitate &c.

Modò eſt mortalis.

Aliquandò eſt mortale, vt quandò ſubtrahitur aliquid neceſſarium ad ſalutem, vel quandò producit deliberatúm contemptum, aut odium.

Modò venialis.

Aliquandò veniale præter hos caſus

Modo nullũ peccatum.

Aliquandò nullum, quandò ex recto rationis iudicio procedit: de quo Greg. indignantur iuſti, ſed non dedignantes.

~~De~~ blaſphemia agemus infrà, &c.

Occaſione contumeliæ ſit

AR-

ARTICVLVS III.

De peccatis, quibus ore proximus offenditur.

Diuisio verbi nocentis. VErba nocentia diuiduntur in murmurationem, sussurrationem, detractionem, & contumeliam.

Definitio murmurationis. Murmuratio definitur, quod sit iniusta quærela.

Est de se peccatum. De se est mala, & peccaminosa, dicente Apost. 1. ad Cor. 11. *Ne murmuraueris.*

Regula generalis ad dignoscendum quādo sit, mortalis & quando venialis. Pro hac datur regula generalis: tunc est mortale, quandò per ipsa fit contrà aliquod præceptum Decalogi, vel Ecclesiæ. Tunc veniale quandò est præter legem. Tab. verb. Murm. p. 201.

Definitio sussurrationis. Sussurratio est occulta oblucutio contrà proximum ad dissoluendas amicitias, & discordias disseminandas inter amicos.

De se est mortale. De se est mortale, quia opponitur charitati.

In triplici casu est tātum veniale. Est veniale in triplici casu. Primò ex leuitate materiæ. Secundò ex modo dicendi, vt si iocosè &c. Tertiò ex imperfectione actus; vt si non ledatur amicitia, sed amicitiæ excessus. D. Tho. 2. 2. q. 74. per totam.

Casus

THomas, vt se insinuet in familiaritate Principis, procurat, quod Caius Principis valdè familiaris, de eius gratia excidat.

Casus De eo, qui vt captiuet sibi fauorē Principis procurat, quòd alius eiusdem familiaritatē amittat.

Quæritur an licitè?

In hac re op. duplex: vna affirmans, & est Soto, Aragon. & aliorum recentiorum; dummodò tamen absit fraus, & dolus.

Secunda negans: & est Bannes, Salon. Nauarr. &c. & hæc melior; quia non licet alterum ledere propter sui utilitatem. pag. 201.

Definitio detractionis.

Detractio est denigratio alienæ famæ per verba occulta; fit multis modis his carminibus contentis:

Quot modis contingat.

Imponens, augens, manifestans, in mala vertens,
Qui negat, aut minuit, reticet, laudatque remissè.

De quibus videatur opus. pag. 202.

Quādo mortale sit, & quando veniale.

Aliquandò est mortale, quandò fit intentione obscurandi famam proximi: aliquandò veniale: primò ex leuitate materiæ: Secundò ex intentione, putà iocandi magis quam nocendi: Tertiò ex actus imperfectione: vt ex impetu iræ. pag. 202.

D. Tho. 2. 2. q. 73. per totam.

Definitio contumeliç.

Contumelia est illa, qua quis alicui honorem aufert deducendo in notitiam

tiam eius, vel aliorum aliquid, ex quo ille dehonoratur.

Quotuplex. Triplex: contumelia propriè dicta, conuitium, & improperium, quæ tria in vnica specie conueniunt. pag. 203.

D. Tho. 2. 2. q. 72. art. 1. ad lit.

Aliquoties mortalia. Aliquandò sunt mortalia, si sint talia formaliter, idest si fiant intentione deonorandi.

Aliquoties venialia. Aliquandò venialia, si sint talia materialiter; idest si fiant absque tali intentione.

Aliquoties nullum peccatum. Aliquandò nullum, si fiat ad correctionem, & cum debito moderamine. pag. 204.

D. Tho. 2. 2. q. 72. art. 2. ad lit.

Circa libellos famosos videatur opus.

Illi verò, in quibus inferuntur contumeliæ; si patienter sustineant opus perfectionis faciunt. Sed hoc non tenentur facere, nisi in animi præparatione. Immò possunt se defendere cum moderamine iuxtà permissionem iuris naturæ. Et aliquandò aliquis tenetur contumeliam repellere, & se defendere; vt si sit Prælatus, Concionator, &c. D. Tho. quodlib. 10. art. 13. in corp. Propter officium tamen charitatis, non propter cupiditatem priuati honoris. pag. 205.

D. Tho. 2. 2. q. 72. ar. 3. ad lit.

Nec vnquam licet calumniantem ccider e ex prop. dam. ab Innoc. XI. num. 30.

QVÆ-

QVÆSTIO III.

De Inuidia, & Accidia.

Correspondet q. 35. & q. 36. D. Th. 2. 2.

ARTICVLVS I.

De Inuidia.

DEfinitur: illa, qua homo tristatur de prosperitate alterius similis, seu æqualis. *Definitio inuidiæ.*

De se non solum est peccatum, sed vlteriùs mortale; licet aliquandò possit esse veniale ex imperfectione actus, & paruitate materiæ. *Licet de se sit mortalis potest tamen esse venialis*

Et vlteriùs est vitium capitale, cuius filiæ ex D. Gregor. 31. Moral. sunt: odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi, & afflictio in prosperis eius. pag. 206. *Filię illius.*

D. Tho. 2. 2. q. 36. per totam ad lit.

ARTICVLVS II.

De Accidia.

Definitio Accidiæ.

DEfinitur: tristitia, qua homo redditur tardus ad spirituales actus propter corporalem laborem.

De se est mortale.

De se non solum est peccatum, sed etiam mortale; nisi excusetur ex indeliberatione actus.

Eiusdem filiæ.

Est vitium capitale, cuius filiæ enumerantur à D. Greg. 31. Moral. & sunt: malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circà præcepta, & euagatio mentis circà illicita. p. 207. D. Tho. 2. 2. q. 35. per totam.

Atque hæc de hoc primo tomo.

